S. BASILII MAGNI

ORATIO AD IUVENES

DE LIBRIS PROFANIS CUM FRUCTU LEGENDIS

TEXTUM EDITIONIS MONACHOR. ORD. SANCTI BENEDICTI
AD MSS. CODICEM TAURINENSEM RECENSUIT
VARIIS LECTIONIBUS INSTRUXIT
INTERPRETATIONEM ITALICAM ET NOTAS ADIECIT

JOSEPHUS CLERICUS
Theol. Jur. utr. ac politior. litterar. doctor
in Athenæo Taurinensi
adiutor Magistri a Bibliotheca

AUGUSTAE TAURINORUM
EX OFFICINA SOCIETATIS LIBRIS EDENDIS
MDCCCLXX

Cav. LUIGI SUÑER

AUTORE DRAMMATICO

nato all'Avana il di 11 Febbraio 1832.

16 Maggio 1892

S. BASILII MAGNI

ORATIO AD IUVENES

DE LIBRIS PROFANIS CUM FRUCTU LEGENDIS

TEXTUM EDITIONIS MONACHOR. ORD. SANCTI BENEDICTI
AD MSS. CODICEM TAURINENSEM RECENSUIT
VARIIS LECTIONIBUS INSTRUXIT
INTERPRETATIONEM ITALICAM ET NOTAS ADIECIT

JOSEPHUS CLERICUS
Theol. Jur. utr. ac politior. litterar. doctor
in Athenæo Taurinensi
adiutor Magistri a Bibliotheca

AUGUSTAE TAURINORUM
EX OFFICINA SOCIETATIS LIBRIS EDENDIS
MDCCCLXX

EUGENIO

A · SABAVDIA-CARINIANO

PRINCIPI · OPTIMO · MVNIFICENTISSIMO

HOCCE · ANTIQVITATIS · MONVMENTVM

IPSO · FAVENTE

IN · LVCEM · PROLATVM

EDITOR

GRATO · OBSEQVENTIQVE · ANIMO

D. D. D.

CASPARI GORRESIO

SODALI · TAVRINENSI

SCIENTIARVM · FINIBVS · PROFERENDIS

SODALI · PARISINO · AB · INSCRIPTIONIBVS

PRAEFECTO · BIBLIOTHECAE · ATHENAEI · TAVRINENSIS

Ea aetate vivimus, Vir doctissime atque humanissime, qua non liceat in litterariam palaestram prodire, nisi quis tantae luci qua scientiae omnes perfruuntur par esse censeatur.

Quae porro huius saeculi severiorem censuram minus reformidare videntur non alia sunt quam quae, vel rei novitate, vel publici boni ratione, lectorum animos percellunt.

Ut hoc mihi assequi contingeret e re duxi quidpiam ex Graecae antiquitatis et Christianae sapientiae penu derivare quod meorum tenuitatem laborum a sapientum ἀκριβεία quasi subduceret. Habe quapropter orationem S. Basilii Magni *de libris profanis cum fructu legendis*, quae cum consilia contineat adolescentibus gravissima, et celeberrimi auctoris nomen praeseferat, benigne a cordatis viris excipiendam esse censeo. Grátam saltem hanc tibi fore confido, tum ob eam qua me prosequeris benevolentiam singularem, tum ob exquisitam tuam scientiam omnium *classicarum*, uti vocant, litterarum. Notum est enim Italiae, notum est doctae Europae universae te de Latina et de Hellenica Minerva cumprimis optime meritum, *Sansckriticas* Indorum litteras dein colentem, id mirabili constantia obtinuisse ut inter principes earum peritos merito habearis. Dumque sophi omnes antiquissima poemata cui *Rámayána* et *Uttarakanda* sunt indita nomina ad scholam Gauda-

nam a te recensita et edita admirantur, Itali eadem perlegunt in nativam linguam abs te elegantissime reddita, et praeclara tua volumina, utrisque characteribus insculpta, uti monumenta spectant patriae gloriae et laudis tibi immortalis. Iure propterea quicumque in philologica et palaeographica studia pedem ponimus te tamquam parentem ac magistrum suspicimus, tuis vestigiis inhaerere religionem putamus, tuis auspiciis tuoque nomine lucubratiunculas nostras in lucem edere gloriamur.

Sed iam ad rem veniens nonnulla praefabor de Basilii vita, deinde de ipsius operibus: quo in negotio ita me geram ut, brevitati maximopere consulens, ea perstringam quae ab aliis sunt dicta.

Ortus est Basilius anno post Christum natum vigesimo nono supra tercentesimum Caesareae in urbe principe Cappadociae; unde tamen vel a prima aetatula delatus est in Pontum unde eius maiores orti ferebantur, et ubi eius familia reapse degebat.

Tum Macrina avia, tum Basilius et Emmelia parentes regendae eius infantiae curam susceperunt; et sub eorum disciplina Noster Chri-

stianis praeceptis imbutus est, dum praeclara insuper eorum virtutum exempla prae oculis haberet.

Pueritiam ingressus extra limen domesticum protulit sua studia. Quamvis enim nihil antiquius sacris litteris ei esset, profanas tamen disciplinas investigare avebat, eo nimirum consilio ut per has ferret opem illis, ne mundanae eloquentiae fascinationibus irretiretur, neve philosophorum sophismatibus implicaretur. Itaque Caesaream revertitur ut scholarum illius urbis particeps fieret; ibique, emensus studiorum quae vocant *ordinis secundi* curriculum, non exiguam doctrinae segetem collegit.

E Caesarea mittitur Constantinopolim totius Orientis caput, quae civitas rhetoribus ac philosophis praestantissimis florebat, ubi inter coeteros audire meruit Libanium, quem postea semper habuit ut amicum.

Demum cum hac in urbe maximas laudes adeptus esset petiit Athenas, quae domicilium ac sedes omnium scientiarum habebantur. Eius adventum fama nuntiavit, summamque omnibus expectationem movit, praecipue vero Gre-

gorio Nazianzeno qui eum Caesareae iam cognoverat.

Amicitiae Gregorium inter et Basilium igniculi hinc exorti qui paullo post in magnam facem creverunt. Cum enim sibi invicem aperuissent consilium amplectendae philosophiae, tanta fuit eorum animorum consensio, ut una utrique anima inesse videretur duo corpora ferens. « Par spes doctrinae, *inquit Gregorius* « *ipse in oratione funebri Basilii*, cap.. xx, hoc « est rei omnium invidiosissimae nos ducebat; « et tamen aberat invidia, aemulatio autem in « praetio habebatur. Hoc utrique certamen non « uter primas ferret, sed uter alteri eas con- « cederet. » Inde evenit ut egregium illud amicorum par non modo Athenis, sed in universa Graecia celebraretur, amboque Oresti ac Pyladi compararentur. Praeceptores habuerunt Athenis Himerium et Prohaeresium sophistas longe celeberrimos; et solum postquam omnibus profanis disciplinis plene imbuti sunt de reditu in patriam tandem cogitarunt.

Hic mos quo, spe cuiusvis generis cognitionum cupidinem explendi, e patriis lycaeis athenaea maiorum urbium petebant cum nostris

ingeniosi quique adolescentes, suos tamen habebat, sicut nunc habet, invidos atque obtrectatores. Ab Imperatore Iuliano lege cautum fuerat ne Christiani scholas profanas adirent; et nonnulli etiam ex his erant qui profanas disciplinas habentes uti periculosas gymnasia erexerant in quibus solae scientiae sacrae tradebantur.

Basilii nostri erat eiusque amicì Gregorii insanum hoc opinamentum non solum factis, sed etiam verbis profligare. « Illud inter omnes « sanae mentis homines constare arbitror, *ita* « *Nazianzenus*, eruditionem inter humana bona « principem locum tenere. Non de hac nostra « solum ac nobiliore loquor, quae contempto « omni sermonis lepore atque ornatu, saluti « uni atque earum rerum quae ratione atque « animo intelliguntur pulchritudini arctissime « haeret, sed etiam de externa qnam plerique « christiani, pravo quodam iudicio ut insidio- « sam et periculosam ac procul a Deo averten- « tem aspernantur. Quemadmodum enim nec « ignis, nec cibus, nec ferrum, nec res ulla alia « suapte natura vel maxime utilis est, vel ma- « xime noxia, verum ut iis qui utuntur placet,

« eodem nos modo ex litteris illis et disciplinis « id quod in inquirenda rerum natura et con- « templatione versatur suscipimus; quidquid « autem ad errorem et ad exitii voraginem du- « cit respuimus. Quamobrem non idcirco eru- « ditio contemnenda est quod ita quibusdam « videatur; quin potius stulti atque imperiti « habendi sunt qui omnes sui similes esse cu- « piunt ut privata eorum inscitia sub communi « deliteat, nec quisquam sit qui eorum impe- « ritiam prodat et coarguat. » *(Funebris oratio in laudem Basilii M.,* cap. XI).

Longius adhuc progressus Basilius consilia praebuit adolescentibus circa lectionem librorum profanorum. « Dum per aetatem, *inquit* « *ipse,* non licet intelligentiae sermonum sa- « crorum altitudinem audire et assequi, inte- « rim in aliis scriptis non omnino diversis, « quasi in umbris quibusdam et speculis, in « antecessum animi intuitum exercemus, eos « qui in militari disciplina se exercent imitati; « qui, ubi in manuum motu atque saltationi- « bus experientiam adepti fuerint, in certami- « nibus ex hac ipsa ludicra disciplina fructum « percipiunt. Et certe putandum est certamen

« certaminum omnium maximum nobis pro« positum esse pro quo agenda nobis sunt « omnia, et laborandum pro viribus ut ad id « praeparemur, atque poetis, et historicis, et « rhetoribus, et hominibus omnibus utendum « unde utilitas aliqua ad animam curandam « accessura sit. Quemadmodum enim infecto« res quidquid tingendum est prius curis qui« busdam praeparant, et ita demum colorem « sive purpureum, sive quempiam alium in« ducunt, eodem modo et nos quoque his « externis (disciplinis) ante initiati, deinde « sacras et arcanas doctrinas ediscemus: et « solem veluti in aquam videre assueti, sic « luci ipsi oculos admovebimus. » (*Oratio de libris profanis cum fructu legendis*, cap. II). Quibus verbis eloquentissime in antecessum occursum est nonnullis Gallicis scriptoribus quorum agmen ducit I. B. Gaume vice sacra antistes Niverniensium qui nuper acerrimum Graecis et Romanis scriptoribus bellum indixerunt, quod prius quieturum non videbatur quam vetustioris sapientiae fontes, qui maioribus ad hunc diem patuissent, omnino liberis nostris praecluderentur. (V. *clariss. viri*

Thomae Vallaurii, Oratio de latinis christianae sapientiae scriptoribus habita in Regio Taurinensi Athenaeo, an. 1855).

Verum redeamus e diverticulo in viam. — Basilius, Athenis relictis, summis honoribus a Caesareensibus cumulatus est; et ut eorum postulationi satisfaceret erudiendae iuventutis curam aliquamdiu suscepit. Sed profanis officiis se adstringi non est passus; ac cito, docendi munere abiecto, varia in Orientem et in Aegyptum itinera habuit ut monasteria ibi erecta inviseret. His peractis, salutari lavacro est ablutus (mos enim erat illius aetatis ut soli adulti re et nomine christiani fierent); utque religiosae philosophiae totum se addiceret in solitudinem se recepit. Locum secessui idoneum montem quemdam selegit ad ripas Iridis fluvii qui ex Armenia ortus Pontum irrigat, ab omni prorsus hominum consuetudine remotum. Ibi, cum socii se adiunxissent, monachi singulares orti sunt, *Basiliani* ab eorum auctore dicti, qui nullo non tempore floruerunt in magnum christianae reipublicae decus atque ornamentum, et inter quos etiam nunc annumerantur plerique doctrina ac pietate praecellentes

viri (1). Eos ita instituit Basilius ut contemplationi simul et actioni vacarent, mediam ducentes vitam inter solitariam et eam quae societate gaudet, ne contemplatio expers esset communicationis, nec actio contemplationis.

Iam duobus et amplius annis monasticae vitae deliciis perfruebatur Basilius cum Caesaream a Dianio episcopo accersitur: is enim cum in lethalem morbum incidisset, antequam ex hac vita migraret, amicitiam cum Basilio disruptam redintegrare constituit.

Eusebius, a Caesareensibus in locum Dianii suffectus, sacris ordinibus Basilium iam initiatum tandem in presbyterorum ordinem adscripsit ut perspecta sua prudentia et doctrina ec-

(1) Memorare inter caeteros libet Josephum Cozzam monasterii Cryptae ferratae qui, collatis studiis cum Carolo Vercellone sodali Barnabite doctissimo cive meo, Bibliorum Sacrorum Graecum Codicem Vaticanum edere suscepit, et, Caietano Sergio alio sodali Barnabite adscito in locum Vercellonis heu! nimis immaturo fato e vivis erepti, mirabili sollertia inceptum opus persequitur.

clesiae praeluceret. Omnibus sacerdotalibus officiis Basilius magna animi contentione perfunctus eo carior esse debuisset Eusebio quo magis eum in ferendo episcopatus onere iuvabat. Videtur tamen eius famam et ingenii splendorem Eusebii oculos laesisse. Non enim vulgares tantum homines, sed praestantissimos etiam Momus attingit, et solius Dei est ab omni animi perturbatione immunem esse. Licet porro sapientiores quique a Basilii partibus starent, hic tamen quam maxime alienus a luctando in Pontum profugit ut monasteria ab ipso erecta moderaretur; satius existimans prudentiae clavum quem in tranquillitate tenuerat, in tempestate quoque conservare.

Haec philosophica secessio illustriorem fecit ipsius reditum. Cum enim imperator Valens, Arianorum haeresi addictus, saevam persecutionem Catholicis indixisset, Basilius e Ponto excessit, ac pro periclitante ecclesia ultro citroque se comitem Eusebio praebuit. Hoc prudenti consilio, cuius suasor fuit Gregorius Nazianzenus, illico exstinctae simultates, instaurata concordia, profligati Ariani. Eusebius

vero ac Basilius tam intime se se mutuo coniunxerunt, ut, nec Eusebius aegre ferret a Basilio scientia et virtute superari, nec Basilius dignitate ac gradu vinci ab Eusebio. Tandem, cum hic e vita migrasset, ad sedem archiepiscopalem Caesareensem Basilius ipse evehitur.

Tempus eius episcopatus optimis ad disciplinam spectantibus legibus insigne fuit. Qua in re ita se gessit ut austeritatem cum facilitate, mansuetudinem cum gravitate simul temperaret, omnes autem benevolentia magis quam imperio ad morum semitam perduceret. Recte porro sentiens privato homini satis quidem esse ut probitatem quoquo modo colat, antistitem vero sacrorum improbitatis notam effugere non posse nisi multum caeteris antecellat, seipsum exemplar virtutum ac regulam vivendi populo praebuit.

Sed quae contra fidei hostes fortiter sustinuit illustriora sunt quam ea quae circa mores et disciplinam vel praestitit vel decrevit; maxime vero cum imperator Valens spem concepit Basilium pertrahendi ad partes Arianorum. Quamvis enim Modestus, Caesaris nomine

agens, nihil intentatum reliquisset ut Basilium vinceret, hic nec minis perterreficri, nec blanditiis allici potuit, ac despicienti animo Valentis praefectum ab se ablegavit. Cumque paullo post imperator persecutionem vehementius resumpsisset, tanta iterum fuit magnanimitas, tanta Basilii constantia, ut eam Valens admiratus, humanitatis sensus erga catholicos ostendere coeperit.

Pace sic cum imperatore composita, dirimendae ei fuere controversiae in provincia ecclesiastica Cappadociae exortae. Harum praecipuam excitavit Anthimus episcopus Tyanensis qui eam Cappadociae divisionem quam imperator in rebus civilibus instituerat in ecclesiasticis quoque esse debere contendens, iura metropolitica in novam provinciam sibi vindicabat.

Frustra Basilius veteri divisioni a patribus constitutae inhaerebat. Anthimus, indicto episcoporum concilio, alios blanditiis, alios aliter immutavit, et insuper reditus quosdam ad Caesareensem episcopum pertinentes ad se pertraxit. Hinc permulta mala partim iam contingebant, partim impendebant. Provido tamen

Basilii consilio excogitatum remedium, multiplicando episcopatus. « Ex quo, *inquit Nazian-*« *zenus (Oratio funebris in laudem Basilii Magni,* « cap. LIX), tres praeclarissimae res secutae « sunt. Nam et animarum cura maior suscepta « est; et quaelibet civitas proventus suos ha« buit; et bellum hac ratione compressum « atque extinctum fuit. »

Postquam res domesticae sic constitutae sunt, maius quidpiam et sublimius animo agitare coepit. Dum enim alii omnes ad id tantummodo quod ante pedes est attendunt, suaque ut in tuto sint laborant, ipse e contrario, sublato in altum capite, mentisque oculis quoquoversum iactatis, omnes eas orbis partes quas salutifera Christi doctrina pervagata est comprehendit. Cumque videret Ecclesiam Catholicam in varias opiniones distractam, et discordiis labefactatam et vastatam ad eas sedandas animum adiunxit. Harum causa erat Patriarcha Antiochenus quem S. Athanasius cum Occidentalibus agnoscebat Paulinum, Basilius vero cum Orientalibus Meletium. Nihil non molitus est Basilius ut Orientales et Occidentales ad concordiam revocaret, et luctuosum schisma quo Catholicus orbis scin-

debatur extingueretur. Epistolas frequentes et legatos quoque Romam misit qui concilii convocationem a summo Pontifice provocarent, Meletiumque ipsum rogavit ut se facilem dissidii compositioni praeberet. Verum sive ob nimiam acerbitatem contentionis, sive ob intemperantiam et diffidentiam eorum qui ab utraque parte stabant (1), huius litis exitum Basilio videre prohibuit mors, quae ei laboribus fracto obtigit ipsis kalendis Ianuarii anno septuagesimo nono supra tercentesimum, aetatis vero suae quinquagesimo.

---

(1) Nonnulli sunt qui Basilium insimulent irriverentiae erga R. Pontificem eo quod in hoc negotio agendo eum ut supparem haberet, et coryphaeum Occidentalium quasi ironice appellaret. Verum quis ignorat locorum distantiam obstaculo esse potuisse quominus Basilius et Damasus animi sententiam sibi aperirent? Nonne omnes S. Sedis decisiones aliis in negotiis uti supremae a S. Doctore habitae sunt? Caeterum, dicam cum Bossueto, hanc controversiam ad exemplum trahi nolumus et extraordinariis casibus accensemus: certumque est procul abfuisse illa tempora a nostris in quibus summam fidei constitutam ha-

Hactenus de Basilii vita. Ut nonnulla modo dicam de eis scriptis, dispertiri haec possunt in tres classes: dogmatica, exegetica, moralia.

Pertinent ad dogmatica libri quinque adversus Eunomium, liber de Spiritu Sancto ad Amphilochium, duo libri de Baptismo, liber de Virginitate et nonnullae homiliae.

Exegetica sunt homiliae novem in hexaemeron, duae de hominis structura, variae in quosdam psalmos, et enarratio in sexdecim priora Isaiae capita.

Ad moralia spectant homiliae diversae et tractatus *ascetici* nuncupati in quibus tum monachis, tum Christianis omnibus recte vivendi regulae traduntur. His accedunt nonnullae ora-

---

bemus (*Galliae orthodoxae praevia dissertatio*, cap. LXV et LXVI). — Sed legenda sunt quae ad tuendam monastici sui ordinis Patris erga Sedem Romanam observantiam scripsit laudatus Josephus Cozza in dissertatione: *De Romani pontificis auctoritate doctrinali* nuperrime edita Romae, ubi (in nota scilicet 23a) cl. auctor existimationis et benevolentiae testimonium exhibere insuper mihi vo'uit.

tiones panegyricae in laudem sanctorum martyrum.

Haec porro opera omnia nullo non tempore fuere summis laudibus celebrata. Sic S. Gregorius Nazianzenus, postquam affirmavit: « Scri-
« ptoribus materiam nullam praeter ipsius
« scripta suppetere, et eum unum omnium
« loco studiosis ad eruditionem comparandam
« sufficere, hoc tantum de eo dicam, *subdit*,
« cum hexaemeron illius in manus sumo crea-
« tionis rationes agnosco, Creatoremque magis
« admiror quam prius solebam. Cum libros
« eos quibus haereticorum scripta refutat lego,
« sodomiticum ignem cerno quo improbae ac
« sceleratae linguae in cinerem rediguntur.
« Cum ea quae de Spiritu Sancto scripsit evolvo
» Deum quem habeo nanciscor, et veritatem
« libero ac fidenti animo praedico. Cum eius
« S. Scripturae enarrationes perlego eo addu-
« cor ut non in externo tantum cortice pedem
« figam, sed ulterius progrediar quoadusque
« ad summum verticem pervenero. Cum mar-
« tyrum encomia lego, cum iis qui laudibus
« efferuntur animo versor, atque ad certamen
« excitor. Cum orationes eas quas de moribus,

« ac bene vivendi ratione scripsit in manus ac-
« cipio, ipsius afflatu corrigor atque concinnor,
« atque divina quadam immutatione alius ex
« alio efficior » (*In orat. funeb. S. Basilii*, cap. 58 et 59).

Inimici ipsi consentiebant cum amicis in his operibus laudandis: Philostorgius revera, licet Arianus, confessus est Basilium « in di-
« sciplinis profanis maximos fecisse progres-
« sus et in sacris litteris insigniter versatum
« fuisse: scripsisse plurima, et in panegyrico
« dicendi genere palmam tulisse » (SUIDAS *in lexico* V° Basilius). Haec autem fama tam longe lateque pervagata est ut, vel ipso vivente, Rufinus Aquileiensis nonnulla Basilii scripta in latinum sermonem converterit, Ambrosius vero Mediolanensis in suo *Hexaemeron* Basilii idem opus fuerit imitatus.

Eadem omnibus sequentibus aetatibus integra permansit. « Praestantissimus est Basilius,
« *ita Photius*, in omnibus libris. Pura enim
« dictione, significante, propria et omnino ci-
« vili, si quis alius uti novit, sensuumque or-
« dine ac puritate primus ac nemini secundus
« apparet. Iam persuadendi quoque vim ac iu-

« cunditatem cum perspicuitate amat, atque ita « eius fluit oratio, quasi ultro tamquam e fonte « rivulus scaturiret. Verisimilitudine autem « usque eo est usus, ut, si quis eius sermones « pro civilis orationis exemplo sibi proposue- « rit, nullum alium praeterea, quantum qui- « dem existimo, desideraturus videatur: non « ipsum quoque Platonem, sive Demosthe- « nem » (*Bibliothecae, pag.* 318, *edit. Rothomag., anni* 1653).

Erasmus vero postquam conceptis verbis eum appellavit christianum Demosthenem; « contumeliam esse iudico, *inquit*, Basilii fa- « cundiam cum quopiam eorum comparare « quorum eloquentiam supra modum admirata « est Graecia, aemulata Italia. Quis enim inter « illos sic omnibus dicendi virtutibus excelluit « ut in eo aliquid vel desideretur, vel offendat? « Quem mihi dabis qui divi Basilii pectus nu- « mine plenum non dicam aequarit, sed vel « mediocri consequatur intervallo? Quem mihi « dabis qui tantum philosophiae, qui omnium « disciplinarum circulum cum summa dicendi « facultate coniunxerit? » (*In praefatione editio- nis Basil. operum S. Basilii anni* 1532).

Demum *Ellies Dupin* « Nullus auctor est, *in-* « *quit* cuius scripta magis animum percellant « scriptis Basilianis. Tam graphicae sunt eius « descriptiones, tam vehemens vis ratiocina- « ndi, tam horrificae picturae vitiorum et « ardentes exhortationes ad virtutem, ut ne- « queamus eas legere, et simul non concipere « amorem honesti et odium pravitatis » (*Nouvelle Bibliothèque des auteurs ecclésiastiques*, *part.* 1, *tom.* 2, *pag.* 586).

Haec autem omnia confirmantur iudicio Bossueti, Villemanii, comitis de Broglie, nec non aliorum recentioris aevi doctorum virorum.

Opera tanti praetii ferme ignota diu latuerunt. Toto medio, ut aiunt, aevo, in monasteriorum bibliothecis delitescentia, vix horum incolis innotescebant. Ipso saeculo xv, cum typographiae miro artificio praeclara quaeque antiquorum scripta in vulgus edi coepta sunt, fere nulla recensentur opera Ss. Ecclesiae Patrum, praesertim vero Graecorum.

Editio omnium prima notabilis partis operum S. Basilii in textu originario excusa est anno 1532 Basileae apud Hieronymum Frobenium, curis Erasmi. Inveniuntur in ea ho-

miliae in hexaemeron et in psalmos, vigintinovem homiliae de diversis argumentis, liber de Spiritu Sancto et epistolae nonnullae. Tres post annos Venetiis prodiit alia editio eiusdem textus ex officina Stephani Sabii. Reperias in ea ascetica ethicaque, librum de Virginitate, priores tres in Eunomium libros, et brevem quemdam tractatum contra Sabellianos, Arium et Anomaeos. Dein anno 1551 iterum Basileae vulgata sunt omnia quae reperiuntur in duabus editionibus praecedentibus, cum praefatione graeca Iani Cornarii ad Iulium episcopum Numbergensem.

Seculo decimo septimo edi coeptus est idem textus graecus cum latina versione e regione. Hoc evenit bis intra paucos annos.

Prodiit prima editio Parisiis ex officina Nivelliana anno illius seculi decimo octavo; et qui eam curarunt, Fronto Ducaeus et Fridericus Morellus, testantur se usos fuisse praecedenti editione Basileensi collata cum pluribus mss. Anglicis et Gallicis, interpretationem vero inseruisse quae modo ab uno, modo ab alio auctore iam seorsim edita fuerat. Prodiit altera iterum Parisiis, anno 1638 sumptibus Aegidii

Morelli, ad praecedentem in omnibus exacta. Tertiam dein eodem seculo Basilii operum editionem susceperat Franciscus Combefisius; verum dum ei incumberet cum fato functus esset, consilium eius ex parte perfecit Paulus Goleferius in lucem emittens anno 1679 Combefesii laborem, nonnullis insertis Basilii scriptis ineditis.

Necessitas interim habendi novam integramque graeci textus recensionem et castigatiorem latinam interpretationem impulit Monachos ordinis S. Benedicti e congregatione S. Mauri, quibus tot debentur litterata monumenta, ad hanc spartam suscipiendam. Eam commiserunt cl. sodali Iuliano Garnierio, qui, in societatem assumpto Francisco Faverollio, Graecum textum praecedentium editionum contulit cum mss. Gallicis, Italicis, Anglicis, et revisis iam editis latinis interpretationibus, novam curavit quae fidelitate caeteras superaret. Totum opus distributum fuit in tres tomos quorum prior editus est anno 1721; alter anno insequenti; tertius demum anno 1730 opera Prosperi Marani, qui laborem Garnierii morte interceptum absolvit.

Haec editio tum omnium amplior, tum praestantissima est dicenda: quae enim in lucem emissae sunt Venetiis anno 1751, Parisiis anni 1838-41 opera Sinneri, et Monterubei curis ab. Mignii an. 1857, ad ipsam fere in omnibus sunt exaratae. Nullus omnino, post Monachos Benedictinos congregationis S. Mauri, ad S. Basilii, vel aliorum Graecorum Ecclesiae Patrum opera recensenda ope codicum mss. vires sui ingenii contulit. Ambrosius enim Firminus Didotus in *Bibliotheca graeca* quam ab hinc paucis annis edendam sumsit inseruit quidem quam diligentissime opera fere omnia scriptorum profanorum, at, si excipias sacrum textum, et volumen operum selectorum S. Iohannis Chrysostomi, nulla omnino scripta sanctorum ecclesiae Patrum. Academia autem litterarum Caesarea Vindobonensis dum optimo consilio nuper suscepit novam recensionem scriptorum ecclesiasticorum Latinorum, de Graecis altum silentium tenuit.

Animum itaque meum cogitatio subiit hanc spartam tentandi, in medium proferens, speciminis ergo, orationem S. Basilii Magni *De libris profanis cum fructu legendis*. Hanc autem caeteris

meis studiis in Ss. Patribus Graecis collocatis praemittendam duxi tum ob puram et exquisitam doctrinam quam Auctor in ea, virorum prudentum iudicio, probavit, tum ob magnam utilitatem quae ex illius lectione percipi potest ab omnibus, praesertim vero ab adolescentibus. Accessit consideratio castigatissimae et Attico scriptore vere dignae linguae quae in eadem continetur: qua fit ut praeceptores qui eius interpretationem in lycaeis suscipere vellent, non minorem profecto quam e scriptoribus quos *classicos* vocamus elegantiam dictionis sint deprompturi.

Ad hunc autem finem assequendum illud imprimis spectandum putavi, ut, textum editionis *Benedictinae*, utpote auctoritate maxima inter doctos pollentem, quam accuratissime exhiberem: deinde, cum in hac Bibliotheca codex reperiatur bonae notae hanc ipsam orationem referens, ut varias eiusdem lectiones diligenter colligerem, atque ad calcem textus apponerem. Harum revera nonnullae nonnihil bonae frugis continent, et ad eas vel *Benedictinam* editionem aio esse emendandam: caeteras vero, quamvis e scriptoris festinatione vel osci-

tatione profectas, attamen indicatas volui ut codicis veluti ἀπόγραφον haberetur, et eo forte pereunte, quivis in editione mea illum expressum conspiceret.

Praeter Graeci textus fidelissimam integritatem et varias Codicis nostri lectiones videbar mihi intelligere mancam esse *Basiliani* libelli editionem si annotationibus destitueretur: quare in his conieci quae explicare tironibus possent loca obscuriora, et praeceptoribus ipsis fontes aperire omnigenae doctrinae qua haec Basilii opella est referta. Nullibi revera aptius quam in ea percipi potest quomodo scientiae sacrae et profanae se se mutuo adiumento esse possint; nullus alius scriptor melius quam noster utriusque generis disciplinas consociare novit.

« Vere enim eruditus, sicut Moyses, *ita scribit* « *S. Gregorius Nyssenus in eius oratione funebri* omni « sapientia et scientia externarum disciplina« rum, sacris vero litteris ab infantia innu« tritus, per utramque eruditionem vicit ad« versarios: eos quidem qui de haereticorum « sententia scripturas proferrent scripturis con« futans; Graecos autem et Gentiles per suam

« ipsorum irretiens atque illaqueans erudi-
« tionem » (1).

---

(1) Praestat audire hac de re doctum scriptorem qui nuper in Gallia Basilii nomen ad lucem revocavit. Referam eius verba in nativo idiomate: « Les homélies « de saint Basile se ressentent de la double éducation « qu'on recevait au quatrième siècle. Elles s'inspi- « rent de l'Ecriture Sainte et des livres des philoso- « phes... Sa plus grande originalité consistait à « allier Moïse et Platon, l'Evangile et Plutarque.... » Il ne faut que lire le discours sur les auteurs profa- « nes et ses lettres, pour voir combien il était pénétré « de la lecture des anciens poëtes de la Grèce. Il ne « se contente pas de les citer. Que de riantes images, « que de fortes et grandes pensées révèlent l'inspira- « tion de ces muses qui avaient nourri sa jeunesse?... « Les emprunts aux prosateurs sont beaucoup plus « nombreux et plus étendus.... Il prend dans leurs « ouvrages des théories, des exemples, des développe- « ments entiers... Comme ces abeilles dont il conseille « l'exemple aux jeunes gens, il volait sur les belles « fleurs de l'antiquité, et recueillait tout ce qu'il y « trouvait d'utile..... La Bible n'est pas pour Basile « une source moins féconde. Les expressions pitto- « resques, ses vives images, sa forte poësie viennent

Italicam demum interpretationem e regione collocavi. — Quod quidem factum est eo consilio ut etiam graece ἀνεπιστήμονες in quorum manus

« se placer à côté des phrases pures, claires et har-
« monieuses de la langue d'Athènes. Elles se nuan-
« cent, se fondent avec elles et forment une langue
« nouvelle, plaine d'originalité, où sous des teintes
« vives et animées on reconnaît toujours la pureté
« des lignes attiques. Il semble que le soleil d'Orient
« colore le style tout Athénien de l'orateur, et lui donne
« comme aux fleurs de ces brûlants climats, des tons
« plus chauds et une carnation plus éclatante. C'est
« cette heureuse alliance des deux littératures, qui, en
« général, distingue le style des Pères Grecs de celui
« des écrivains qui, au deuxième et au quatrième
« siècle, ont, comme eux, imité les Attiques. C'est
« grace à elle que saint Basile, même en copiant
« Plutarque, ne ressemble pas à Plutarque et ne cesse
« pas d'être original. Et certes, ce n'est pas une mé-
« diocre gloire d'avoir su raviver, sous l'inspiration
« de l'Ecriture, ce bel idiome, qui apres avoir
« brillé plus de mille ans, semblait épuisé et prêt à
« s'éteindre. Ce sera l'éternel honneur de saint Ba-
« sile d'avoir un des premiers, au quatrième siècle,
« rendu son ancienne vigueur à une langue qui avait

meum forte opus incideret sapientissimis praeceptis quae in eo continentur uti possent. In ea autem ita me gessi ut Basilius, licet adscititia veste indutus, propriam tamen semper referret. Cum scilicet interpretantibus sit aeque vitandum tum nimia ieiunitas si presso pede auctorem consectare velint, tum fidei periculum si libero gressu indulgere sibi malint, inter utrumque scopulum sic mihi incedendum putavi ut mediam quamdam tenerem viam. Quod, si a nimiae libertatis periculo mihi timens, quandoque in oppositum deflexisse videar, morosos rogo ut veniam mihi non detrectent, et a mediocri ingenio optima non exquirant.

« produit Homère dans son enfance, Démosthène et « Platon dans sa maturité, Plutarque dans sa forte « vieillesse. L'écrivain qui la fit revivre au souffle de « la Bible, et, par cette seconde innovation ouvrit une « nouvelle ère littéraire, mérite une place à côté de ces « grands noms, et d'être inscrit en tête des Grégoires « des Chrysostomes et des Synésius, qui, avec lui, « forment la seconde renaissance des lettres grecques » (Eugène Fialon, *Étude historique et littéraire sur saint Basile suivie de l'Hexaméron traduit en français;* Paris, 1869, pag. 184 et suiv.).

Haec habebam quae de Basilii rebus gestis et scriptis tecum, Vir doctissime, dissererem, quibusque operis suscepti consilium aperirem.

Restat nunc ut, postquam haec mea studia aequi bonique feceris, ad ea prosequenda animum mihi addas, aliorumque favorem, pro tuae pondere auctoritatis, illis concilies. Quae mea spes nisi frustrata fuerit, maximum laboris praemium me tulisse existimabo.

Scribebam in Bibliotheca mense octobri, anno MDCCCLXIX.

Josephus Clericus.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΟΜΙΛΙΑ (1) ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΝΕΟΥΣ

ΟΠΩΣ ΑΝ

ΕΞ ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ (2) ΩΦΕΛΟΙΝΤΟ ΛΟΓΩΝ.

Α

Πολλά με τὰ παρακαλοῦντά ἐστι ξυμβουλεῦσαι ὑμῖν, ὦ παῖδες, ἃ βέλτιστα εἶναι κρίνω, καὶ ἃ ξυνοίσειν ὑμῖν ἑλομένοις πεπίστευκα. Τό τε γὰρ ἡλικίας οὕτως ἔχειν, καὶ τὸ διὰ πολλῶν ἤδη γεγυμνάσθαι πραγμάτων, καὶ μὴν καὶ τὸ τῆς πάντα παιδευούσης ἐπ' ἄμφω μεταβολῆς ἱκανῶς μετασχεῖν, ἔμπειρόν με εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων πεποίηκεν, ὥςτε, τοῖς ἄρτι καθισταμένοις τὸν βίον, ἔχειν ὥσπερ ὁδοῦ (a) τὴν ἀσφαλεστάτην ὑποδεικνύναι. Τῇ τε

(a) ὁδῶν — quae quidem lectio est praeferenda, sensu eam postulante.

DISCORSO

DI S. BASILIO IL GRANDE

AI GIOVANI

INTORNO AL MODO DI TRAR PROFITTO DAI LIBRI PROFANI.

I.

L'età, l'esperienza, la paterna affezione che ha l'Autore verso la gioventù lo stimolano a darle alcuni consigli intorno al vantaggio che può ricavarsi dallo studio degli autori profani.

Molti sono, o giovani, i motivi che mi spingono a darvi que' consigli che reputo i migliori, e che credo debbano tornarvi utili se vi presterete docile ascolto. L'età a cui mi vedete giunto, la parte che ho avuto a molti affari ed alle vicende della fortuna sì feconde in insegnamenti mi hanno dato tanta esperienza nelle cose del mondo, da poter indicar la via più sicura a quei che sono ne' primi anni della vita. Oltracciò, per legame di natura io tengo presso di voi il primo posto dopo i vostri parenti, e l'affezione che vi porto non cede punto alla loro; e penso che voi (se pur non

παρὰ τῆς φύσεως οἰκειότητι (3), εὐθὺς μετὰ τοὺς γονέας ὑμῖν τυγχάνω, ὥστε μήτε αὐτὸς ἔλαττόν τι πατέρων εὐνοίας νέμειν ὑμῖν· ὑμᾶς δὲ νομίζω (a), εἰ μή τι ὑμῶν διαμαρτάνω τῆς γνώμης, μὴ ποθεῖν τοὺς τεκόντας, πρὸς ἐμὲ βλέποντας. Εἰ μὲν οὖν προθύμως δέχοισθε τὰ λεγόμενα, τῆς δευτέρας τῶν ἐπαινουμένων ἔσεσθε παρ' Ἡσιόδῳ τάξεως· εἰ δὲ μή, ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἂν εἴποιμι δυσχερές, αὐτοὶ δὲ μέμνησθε τῶν ἐπῶν δηλονότι, ἐν οἷς ἐκεῖνος φησί (b)· ἄριστον μὲν εἶναι τὸν παρ' ἑαυτοῦ τὰ δέοντα ξυνορῶντα· ἐσθλὸν δὲ κἀκεῖνον, τὸν τοῖς παρ' ἑτέρων ὑποδειχθεῖσιν ἑπόμενον· τὸν δὲ πρὸς οὐδέτερον ἐπιτήδειον, ἀχρεῖον εἶναι πρὸς ἅπαντα (4).

Μὴ θαυμάζετε δέ, εἰ καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς διδασκάλους φοιτῶσι, καὶ τοῖς ἐλλογίμοις τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν, δι' ὧν καταλελοίπασι λόγων, συγγινομένοις ὑμῖν, αὐτός τι παρ' ἐμαυτοῦ λυσιτελέστερον ἐξευρηκέναι φημί. Τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ καὶ ξυμβουλεύσων ἥκω, τὸ μὴ δεῖν εἰς ἅπαξ τοῖς ἀνδράσι τούτοις, ὥσπερ πλοίου τὰ πηδάλια τῆς διανοίας ὑμῶν παραδόντας, ᾗπερ ἂν ἄγωσι ταύτῃ συνέπεσθαι (c)· ἀλλ' ὅσον ἐστὶ χρήσιμον αὐτῶν δεχομένους, εἰδέναι τί χρὴ καὶ παριδεῖν.

(a) τέ νομίζειν.
(b) φησίν.
(c) ξυνέπεσθαι.

m'inganno intorno ai vostri sentimenti) volgendo a me gli sguardi non dovete sentir l'assenza degl'autori de' vostri giorni. Se pertanto ascolterete volontieri i miei avvertimenti, voi sarete nel numero di coloro che vengono in secondo luogo lodati da Esiodo; se no, io non voglio dirvi cosa che vi dispiaccia, ma vi richiamerò alla memoria le sue stesse parole: Ottimo cioè esser colui che conosce da se stesso ciò che è spediente; esser buono quei che segue i consigli altrui; e chi non è capace nè di una cosa nè dell'altra esser inetto al tutto.

Nè rechi punto maraviglia a voi che frequentate ogni giorno le scuole, e vivete nel commercio degli antichi sapienti mercè degli scritti che ci hanno lasciato, che io pretenda d'aver trovato cosa che possa esservi di maggior vantaggio. Il consiglio che voglio darvi è appunto quello di non lasciarvi guidare ciecamente da loro, affidando ad essi senz'alcuna avvertenza il governo dell'animo vostro, come quello di una nave; ma, mentre apprendete quelle cose che sono utili, d'imparar a conoscer anche quelle che devono tralasciarsi.

Τίνα οὖν ἐστὶ ταῦτα, καὶ ὅπως διακρινοῦμεν, τοῦτο δὴ καὶ διδάξω ἔνθεν ἑλών.

B

Ἡμεῖς, ὦ παῖδες, οὐδὲν εἶναι χρῆμα παντάπασι τὸν ἀνθρώπινον βίον τοῦτον (a) ὑπολαμβάνομεν, οὔτ᾽ ἀγαθόν τι νομίζομεν ὅλως, οὔτ᾽ ὀνομάζομεν, ὃ τὴν συντέλειαν ἡμῖν ἄχρι τούτου παρέχεται. Οὔκουν προγόνων περιφάνειαν, οὐκ ἰσχὺν σώματος, οὐ κάλλος, οὐ μέγεθος, οὐ τὰς παρὰ πάντων ἀνθρώπων τιμὰς, οὐ βασιλείαν αὐτὴν, οὐχ ὅ, τι ἂν εἴποι τις τῶν ἀνθρωπίνων μέγα, ἀλλ᾽ οὐδὲ εὐχῆς ἄξιον κρίνομεν, ἢ τοὺς ἔχοντας ἀποβλέπομεν (b), ἀλλ᾽ ἐπὶ μακρότερον προΐμεν ταῖς ἐλπίσι, καὶ πρὸς ἑτέρου βίου παρασκευὴν ἅπαντα πράττομεν.

Ἃ μὲν οὖν ἂν (c) συντελῇ (d) πρὸς τοῦτον ἡμῖν, ἀγα-

(a) τοῦτον βίον.

(b) Desunt verba : ἀλλ᾽ οὐδὲ εὐχῆς ἄξιον κρίνομεν, ἢ τοὺς ἔχοντας ἀποβλέπομεν.

(c) Deest ἄν.

(d) συντελεῖ.

Quali siano queste cose, e in qual modo possiamo discernerle è lo scopo del presente ragionamento, cui senz'altro do principio.

II.

Lo studio degli autori profani è un'utile preparazione a quello della S. Scrittura.

Noi, o giovani, non facciamo alcun caso della vita presente, nè riguardiamo come un bene, o diamo questo nome ad un oggetto il cui vantaggio si limita alle cose di questo mondo. Perciò nè lo splendor de' natali, nè la gagliardia, la bellezza, o la statura corporale, nè gl'omaggi di tutto il mondo e lo stesso poter reale, nè qualunque altra si voglia cosa umana giudichiamo siccome grande e meritevole delle nostre brame, o guardiamo con invidia coloro che la posseggono; ma, portando a più alta meta le nostre speranze, in tutte le nostre azioni miriamo al conseguimento di una vita avvenire.

I mezzi adunque che possono giovarci a conseguir un tal fine devonsi da noi amare e con ogni impegno praticare; quelli invece che non giovano si debbono disprezzare siccome cose di niun conto. Il dichiarare la natura di questa vita, dove e come la condurremo

πᾶν τε καὶ διώκειν παντὶ σθένει χρῆναί φαμεν· τὰ δὲ οὐκ ἐξικνούμενα πρὸς ἐκεῖνον, ὡς οὐδενὸς ἄξια παρορᾷν. Τίς δὴ οὖν (a) οὗτος ὁ βίος, καὶ ὅπῃ, καὶ ὅπως αὐτὸν βιωσόμεθα, μακρότερον μὲν ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμὴν ἐφικέσθαι, μειζόνων δὲ ἢ καθ' ὑμᾶς ἀκροατῶν ἀκοῦσαι. Τοσοῦτόν γε μὴν εἰπὼν, ἱκανῶς ἂν ἴσως ὑμῖν ἐνδειξαίμην, ὅτι πᾶσαν ὁμοῦ τὴν ἀφ' οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι, τῷ λόγῳ τις συλλαβὼν καὶ εἰς ἓν ἀθροίσας εὐδαιμονίαν, οὐδὲ πολλοστῷ μέρει τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων εὑρήσει παρισουμένην, ἀλλὰ πλεῖον τοῦ ἐν ἐκείνοις ἐλαχίστου τὰ σύμπαντα τῶν τῇδε καλῶν, κατὰ τὴν ἀξίαν ἀφεστηκότα, ἢ καθ' ὅσον σκιὰ καὶ ὄναρ τῶν ἀληθῶν ἀπολείπεται. Μᾶλλον δὲ, ἵν' οἰκειοτέρῳ χρήσωμαι παραδείγματι, ὅσῳ ψυχὴ τοῖς πᾶσι τιμιωτέρα σώματος, τοσούτῳ καὶ τῶν βίων ἑκατέρων ἐστὶ τὸ διάφορον.

Εἰς δὴ τοῦτον ἄγουσι μὲν ἱεροὶ λόγοι, δι' ἀποῤῥήτων ἡμᾶς ἐκπαιδεύοντες. Ἑως γε μὴν ὑπὸ τῆς ἡλικίας ἐπακούειν τοῦ βάθους τῆς διανοίας αὐτῶν οὐχ οἷόν τε, ἐν ἑτέροις οὐ πάντῃ διεστηκόσιν, ὥσπερ ἐν σκιαῖς τισι καὶ κατόπτροις, τῷ τῆς ψυχῆς ὄμματι τέως προγυμναζόμεθα (b), τοὺς ἐν τοῖς τακτικοῖς τὰς μελέτας ποιουμένους

(a) Deest: οὖν.
(b) προγυμναζώμεθα — quae lectio est fortasse praeferenda.

sarebbe per una parte un soggetto troppo vasto nell'occasion presente, e per l'altra troppo superiore alle vostre cognizioni. Non ne farò che un motto che potrà forse darvene un'idea adeguata. — Se uno abbracciasse e mettesse insieme col pensiero tutte le felicità che si sono godute dal principio del mondo sino al presente, troverebbe che non eguagliano la minima parte della felicità dell'altra vita; e che tutti insieme i beni di quaggiù sono più lontani in pregio dal minimo de' beni della vita futura di quel che siano dalla realtà le ombre ed i sogni: o piuttosto, per servirmi d'un esempio più acconcio, quanto l'anima è in ogni cosa più preziosa del corpo, altrettanto la vita futura è superiore alla presente.

Le sacre scritture sono quelle che ci scorgono all'altra vita istruendoci per via di misteri. Ma fintanto che l'età non ci permette di penetrarne la profondità del senso, esercitiamo l'occhio dell'anima nostra sopra altri scritti non del tutto diversi, come su ombre o specchi, ad imitazione di coloro che imparano la tattica militare, i quali dopo essersi addestrati nei movimenti regolari delle mani e nella *pirrica*, raccolgono nelle battaglie il frutto di tal divertimento. Perocchè dobbiamo pensare d'aver anche noi a sostenere una

μιμούμενοι· οἵ γε ἐν χειρονομίαις καὶ ὀρχήσεσι (5) τὴν ἐμπειρίαν κτησάμενοι, ἐπὶ τῶν ἀγώνων τοῦ ἐκ τῆς παιδιᾶς ἀπολαύουσι κέρδους. Καὶ ἡμῖν δὴ οὖν ἀγῶνα προκεῖσθαι πάντων ἀγώνων μέγιστον νομίζειν χρεὼν, ὑπὲρ οὗ πάντα ποιητέον ἡμῖν καὶ πονητέον εἰς δύναμιν ἐπὶ τὴν τούτου παρασκευὴν, καὶ ποιηταῖς, καὶ λογοποιοῖς καὶ ῥήτορσι, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμιλητέον, ὅθεν ἂν μέλλῃ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ὠφέλειά τις ἔσεσθαι. Ὥσπερ οὖν οἱ δευσοποιοὶ, παρασκευάσαντες πρότερον θεραπείαις τισὶν, ὅ τι πότ' ἂν ᾖ τὸ δεξόμενον τὴν βαφὴν, οὕτω τὸ ἄνθος ἐπάγουσιν, ἄν τε ἁλουργὸν, ἄν τέ τι ἕτερον ᾖ· τὸν αὐτὸν δὴ καὶ ἡμεῖς τρόπον, εἰ μέλλοι ἀνέκπλυτος ἡμῖν ἅπαντα τὸν χρόνον (g) ἡ τοῦ καλοῦ παραμένειν δόξα, τοῖς ἔξω δὴ τούτοις (6) προτελεσθέντες, τηνικαῦτα τῶν ἱερῶν καὶ ἀπορρήτων ἐπακουσόμεθα παιδευμάτων· καὶ οἷον ἐν ὕδατι τὸν ἥλιον ὁρᾷν ἐθισθέντες, οὕτως αὐτῷ προσβαλοῦμεν τῷ φωτὶ τὰς ὄψεις.

(g) Desunt verba: ἅπαντα τὸν χρόνον.

lotta la più grande di tutte; per prepararci alla quale dobbiamo fare ogni sorta di sforzi, e renderci famigliari i poeti, gli storici, gli oratori, tutti quelli insomma che possono esserci di qualche giovamento per l'anima. Nella stessa guisa adunque che i tintori preparano prima col mezzo di certe operazioni la stoffa che deve ricevere la tintura, e solamente dopo ciò vi danno il color di porpora od altro, così noi, se vogliamo che l'idea della virtù resti ognora impressa nelle anime nostre, dobbiamo iniziarci a questi studi profani prima d'imparare le dottrine sacre ed i misteri: e dopo esserci in certo modo abituati a veder il sole nell'acqua, fisseremo lo sguardo nella luce medesima.

Γ

Εἰ μὲν οὖν ἐστί τις οἰκειότης πρὸς ἀλλήλους τοῖς λόγοις, προὔργου ἂν ἡμῖν αὐτῶν ἡ γνῶσις γένοιτο· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ (a) τό γε παράλληλα θέντας καταμαθεῖν τὸ διάφορον, οὐ μικρὸν εἰς βεβαίωσιν τοῦ βελτίονος. Τίνι μέντοι καὶ παρεικάσας τῶν παιδεύσεων ἑκατέραν τῆς εἰκόνος ἂν τύχοις; Ἤπου καθάπερ φυτοῦ οἰκεία μὲν ἀρετὴ τῷ καρπῷ βρύειν ὡραίῳ, φέρει δέ τινα κόσμον καὶ φύλλα τοῖς κλάδοις περισειόμενα (b)· οὕτω δὴ καὶ ψυχῇ, προηγουμένως μὲν καρπὸς ἡ ἀλήθεια, οὐκ ἄχαρί γε μὴν οὐδὲ τὴν θύραθεν σοφίαν περιβεβλῆσθαι, οἷόν τινα φύλλα σκέπην τε τῷ καρπῷ καὶ ὄψιν οὐκ ἄωρον παρεχόμενα (7). Λέγεται τοίνυν καὶ Μωϋσῆς ἐκεῖνος ὁ πάνυ, οὗ μέγιστόν ἐστιν ἐπὶ σοφίᾳ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὄνομα, τοῖς Αἰγυπτίων μαθήμασιν ἐγγυμνασάμενος τὴν διάνοιαν, οὕτω προσελθεῖν τῇ θεωρίᾳ τοῦ Ὄντος (8). Παραπλησίως δὲ

(a) Deest ἀλλὰ.
(b) ἐπισειόμενα.

III.

Lo studio degli autori profani è un ornamento della scienza religiosa.

Se adunque vi ha qualche affinità fra le due dottrine, non può a meno che esserci utile la conoscenza d'entrambi; e, quand'anche non vi fosse, il metterle a confronto per conoscerne la differenza gioverebbe non poco a confermarci nella migliore. Ma a qual cosa potremo noi paragonar le medesime per averne un'immagine? Come la virtù propria della pianta è non solamente quella di produr frutti a tempo opportuno, ma ancora di ricevere una specie d'ornamento dalle foglie che s'agitano fra i rami, così, sebbene l'anima abbia per frutto principale la verità, pure non le è sconveniente l'ornamento delle scienze profane, a guisa di foglie che recano ombra al frutto, ed all'occhio una vista non isgradevole. Si legge perciò del gran Mosè, rinomatissimo presso tutti a cagion della sua sapienza, che coltivò lo spirito nelle dottrine degli Egiziani prima di passare alla contemplazione dell'Essere supremo. Nè diversamente da lui sappiamo aver praticato alcuni secoli appresso il saggio Daniele:

τούτῳ, κἀν τοῖς κάτω χρόνοις, τὸν σοφὸν Δανιὴλ ἐπὶ Βαβυλῶνός φασι τὴν σοφίαν Χαλδαίων καταμαθόντα, τότε τῶν θείων ἅψασθαι παιδευμάτων (9).

Δ

Ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἄχρηστον ψυχαῖς μαθήματα τὰ ἔξωθεν δὴ ταῦτα, ἱκανῶς εἴρηται. Ὅπως γε μὴν αὐτῶν μεθεκτέον ὑμῖν (a), ἑξῆς ἂν εἴη λέγειν.

Πρῶτον μὲν οὖν τοῖς παρὰ τῶν ποιητῶν (ἵν' ἐντεῦθεν ἄρξωμαι) ἐπεὶ παντοδαποί τινές εἰσι κατὰ τοὺς λόγους (b), μὴ πᾶσιν ἐφεξῆς προσέχειν τὸν νοῦν. Ἀλλ' ὅταν μὲν τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν πράξεις, ἢ λόγους ὑμῖν (c) διεξίωσιν, ἀγαπᾷν τε καὶ ζηλοῦν, καὶ ὅτι μάλιστα πειρᾶσθαι τοιούτους εἶναι· ὅταν δὲ ἐπὶ μοχθηροὺς ἄνδρας ἔλθωσι, τὴν μίμησιν ταύτην δεῖ φεύγειν ἐπιφρασσομένους τὰ ὦτα, οὐχ ἧττον ἢ τὸν Ὀδυσσέα φασὶν ἐκεῖνοι τὰ τῶν Σειρήνων μέλη (10). Ἡ γὰρ πρὸς τοὺς φαύλους τῶν λόγων συνή-

(a) ἡμῖν.
(b) Desunt verba : κατὰ τοὺς λόγους.
(c) ἡμῖν.

non fu cioè che dopo aver appreso a Babilonia la sapienza de' Caldei che si diede allo studio delle divine scritture.

IV.

Nello studio degli autori profani bisogna attenersi solamente a quel che contengono di buono.

È dunque bastantemente provato che le scienze profane non sono inutili all'anima. Passo ora ad esporvi il metodo da seguire nell'apprenderle.

Per cominciar dai poeti i quali discorrono d'ogni cosa, non bisogna dar retta indistintamente a tutto ciò che essi dicono. Allorquando riferiscono fatti o detti d'uomini virtuosi si devono amare, prender per modello e far ogni sforzo per imitarli. Al contrario, quando passano a descrivere uomini viziosi bisogna schivarne l'esempio chiudendo le orecchie, come i poeti medesimi dicono aver fatto Ulisse all'udir il canto delle Sirene: giacchè l'abitudine di udir discorsi cattivi conduce ad azioni cattive. È necessario pertanto vegliare sull'anima nostra colla più grande cautela, per tema che, sedotti dall'attrattiva del linguaggio, non riceviamo senza accorgerci

θεια, ὁδός τις ἐστιν ἐπὶ τὰ πράγματα (11). Διὸ δὲ πάσῃ φυλακῇ τὴν ψυχὴν τηρητέον, μὴ διὰ τῆς τῶν λόγων ἡδονῆς παραδεξάμενοί τι λάθωμεν τῶν χειρόνων, ὥσπερ οἱ τὰ δηλητήρια μετὰ τοῦ μέλιτος προσιέμενοι. Οὐ τοίνυν ἐπαινεσόμεθα τοὺς ποιητὰς, οὐ λοιδορουμένους, οὐ σκώπτοντας, οὐκ ἐρῶντας ἢ μεθύοντας μιμουμένους, οὐχ ὅταν τραπέζῃ πληθούσῃ καὶ ᾠδαῖς ἀνειμέναις τὴν εὐδαιμονίαν ὁρίζωνται. Πάντων δὲ ἥκιστα περὶ θεῶν τι διαλεγομένοις προσέξομεν, καὶ μάλισθ' ὅταν ὡς περὶ πολλῶν τε αὐτῶν διεξίωσι, καὶ τούτων οὐδὲ ὁμονοούντων (12). Ἀδελφὸς γὰρ δὴ παρ' ἐκείνοις, διαστασιάζει πρὸς ἀδελφὸν, καὶ γονεὺς πρὸς παῖδας, καὶ τούτοις αὖθις πρὸς τοὺς τεκόντας πόλεμός ἐστιν ἀκήρυκτος (13). Μοιχείας δὲ θεῶν καὶ ἔρωτας καὶ μίξεις ἀναφανδὸν, καὶ ταύτας γε μάλιστα τοῦ κορυφαίου πάντων καὶ ὑπάτου Διὸς, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, ἃ κἂν περὶ βοσκημάτων τις λέγων ἐρυθριάσειε, τοῖς ἐπὶ σκηνῆς καταλείψομεν (14).

Ταὐτὰ δὴ ταῦτα λέγειν καὶ περὶ συγγραφέων ἔχω· καὶ μάλισθ' ὅταν ψυχαγωγίας ἕνεκα τῶν ἀκουόντων λογοποιῶσι (15). Καὶ ῥητόρων δὲ τὴν περὶ τὸ ψεύδεσθαι τέχνην οὐ μιμησόμεθα. Οὔτε γὰρ ἐν δικαστηρίοις, οὔτ' ἐν ταῖς ἄλλαις πράξεσιν ἐπιτήδειον ἡμῖν τὸ ψεῦδος, τοῖς τὴν ὀρθὴν ὁδὸν καὶ ἀληθῆ προελομένοις τοῦ βίου, οἷς τὸ μὴ δικάζεσθαι νόμῳ προστεταγμένον ἐστίν. Ἀλλ' ἐκεῖνα αὐ-

qualche cattiva impressione, a somiglianza di coloro che col miele succhiano il veleno. Non loderemo dunque i poeti allorchè mettono in bocca ai loro personaggi delle villanie o delle beffe, quando descrivono gl'innamorati o gl'ubbriachi, o fanno consistere la felicità in una mensa ben imbandita ed in canti effeminati. Noi daremo ancor men retta ai medesimi quando discorrono de' loro Dei, e principalmente quando ne parlano in guisa da far credere che siano molti, ed in discordia fra loro medesimi. Poichè il fratello è presso di loro in discordia col fratello, il padre co' figliuoli, e questi muovono una guerra implacabile agli autori de' loro giorni. Lascieremo poi agli istrioni quanto i medesimi raccontano intorno agli adulterii, agli amori, ai pubblici abbracciamenti dei loro Dei, e principalmente di Giove, capo e sovrano degli altri: cose che farebbero arrossire anche parlandosi di bruti.

Lo stesso debbo dire degli storici, massime quando scrivono per diletto de' lettori. — Quanto agli oratori ci guarderemo bene dall'imitare l'arte che hanno di ingannare; giacchè la menzogna non è lecita nè davanti ai tribunali, nè in verun'altra occasione a noi che abbiamo scelto il vero e diritto cammino della vita, ed a cui è per legge vietato il piatire. Ma farem

τῶν μᾶλλον ἀποδεξόμεθα, ἐν οἷς ἀρετὴν ἐπήνεσαν (a) ἢ πονηρίαν διέβαλον (b). Ὡς γὰρ τῶν ἀνθέων τοῖς μὲν λοιποῖς ἄχρι τῆς εὐωδίας ἢ τῆς χρόας ἐστὶν ἡ ἀπόλαυσις, ταῖς μελίτταις δ᾽ ἄρα καὶ μέλι λαμβάνειν ἀπ᾽ αὐτῶν ὑπάρχει. Οὕτω δὴ κἀνταῦθα, τοῖς μὴ τὸ ἡδὺ καὶ ἐπίχαρι μόνον τῶν τοιούτων λόγων διώκουσιν, ἐστί τινα καὶ ὠφέλειαν ἀπ᾽ αὐτῶν εἰς τὴν ψυχὴν ἀποθέσθαι. Κατὰ πᾶσαν δὴ οὖν τῶν μελιττῶν τὴν εἰκόνα τῶν λόγων ὑμῖν (c) μεθεκτέον. Ἐκεῖναί τε γὰρ, οὔτε (d) ἅπασι τοῖς ἄνθεσι παραπλησίως ἐπέρχονται, οὔτε μὴν οἷς ἂν ἐπιπτῶσιν ὅλα φέρειν ἐπιχειροῦσιν, ἀλλ᾽ ὅσον αὐτῶν ἐπιτήδειον πρὸς τὴν ἐργασίαν λαβοῦσαι, τὸ λοιπὸν χαίρειν ἀφῆκαν. Ἡμεῖς τε, ἢν σωφρονῶμεν, ὅσον οἰκεῖον ἡμῖν (e) καὶ συγγενὲς τῇ ἀληθείᾳ παρ᾽ αὐτῶν κομισάμενοι, ὑπερβησόμεθα τὸ λειπόμενον (16). Καὶ καθάπερ τῆς ῥοδωνιᾶς τοῦ ἄνθους δρεψάμενοι τὰς ἀκάνθας ἐκκλίνομεν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων λόγων, ὅσον χρήσιμον καρπωσάμενοι, τὸ βλαβερὸν φυλαξώμεθα (f). Εὐθὺς οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐπισκοπεῖν ἕκαστον τῶν

(a) ἐτίμησαν.

(b) κακίαν διέβαλον (sic).

(c) ἡμῖν.

(d) οὐθ᾽.

(e) Deest: ἡμῖν.

(f) φυλαξόμεθα — Sic etiam multi Codices editi.

piuttosto nostro pro di tutto ciò che essi dicono in lode della virtù ed in biasimo del vizio. Nella stessa guisa infatti che, mentre gli altri animali godono soltanto dell'olezzo de' fiori e del loro colore, le api sanno inoltre trovarvi il miele, così colui che cerca in questi libri non solamente il diletto ed il piacere, può anche ricavare del vantaggio per l'anima. A tal fine dobbiamo servirci di essi imitando precisamente le api. Le quali nè volano indistintamente su tutti i fiori, nè da quelli su cui si posano cercano di togliere tutto, ma, dopo aver preso il sugo necessario al loro lavoro, lasciano il rimanente. Noi quindi, se saggi siamo, dopo aver tolto da questi libri quel che ne può convenire e che è conforme alla verità, passeremo sopra alle altre cose: ed a quel modo che nel cogliere i fiori da un rosaio ci guardiamo dalle spine, così, nel prendere ciò che i libri profani contengono di giovevole, dobbiamo star lontani da quel che hanno di nocivo. Convien dunque anzitutto esaminare la dottrina che si contiene in cia-

μαθημάτων, καὶ συναρμόζειν τῷ τέλει προσῆκε, κατὰ τὴν Δωρικὴν παροιμίαν, τὸν λίθον ποτὶ τὰν σπάρτον ἄγοντας (17).

E

In quanto a me, quand'anche mi si parlasse della vecchiezza di Titone o d'Argantonio, ovvero di colui che passò più lunghi giorni sulla terra, vo' dire Matusalemme, il quale visse, a quanto narrasi, 970 anni, quando si mettesse insieme tutto il tempo che è trascorso dalla creazione del mondo sino al presente, me ne riderei come d'un'idea puerile volgendo lo sguardo a quella vita lunga e che non invecchia mai, di cui l'immaginazione non sa concepire alcun termine, come non può supporre alcun fine all'anima che è immortale. Gli è per quella vita che vi esorto ad ammassar provvisioni, nulla trascurando di ciò che possa tornarvi utile a conseguirla. Il cômpito è difficile e pe-

7

τας (76), ὅθεν ἂν μέλλῃ τις ὑμῖν ἐπ' αὐτὸν ὠφέλεια γενήσεσθαι (a). Μηδ' ὅτι (b) χαλεπὰ ταῦτα καὶ πόνου δεόμενα, διὰ τοῦτ' ἀποκνήσωμεν· ἀλλ' ἀναμνησθέντας (c) τοῦ παραινέσαντος ὅτι δέοι βίον μὲν ἄριστον αὐτὸν ἕκαστον προαιρεῖσθαι, ἡδὺν δὲ προσδοκᾷν τῇ συνηθείᾳ γενήσεσθαι (77), ἐγχειρεῖν τοῖς βελτίστοις. Αἰσχρὸν γὰρ τὸν παρόντα καιρὸν προεμένους, ὕστερον ποτ' ἀνακαλεῖσθαι τὸ παρελθὸν, ὅτε οὐδὲν (d) ἔσται πλέον ἀνιωμένοις.

Ἐγὼ μὲν οὖν ἃ κράτιστα εἶναι κρίνω, τὰ μὲν νῦν εἴρηκα, τὰ δὲ παρὰ πάντα (e) τὸν βίον ὑμῖν ξυμβουλεύσω. Ὑμεῖς δὲ, τριῶν ἀῤῥωστημάτων ὄντων (f), μὴ τῷ ἀνιάτῳ προσεοικέναι δόξητε (g), μηδὲ τὴν τῆς γνώμης νόσον παραπλησίαν τῇ τῶν εἰς τὰ σώματα δυστυχησάντων δείξητε. Οἱ μὲν γὰρ τὰ μικρὰ (h) τῶν παθῶν κάμ-

---

(a) ὅθεν ἂν ἐπ' αὐτὸν ἡμῖν ὠφέλεια τὶς μέλλοι γενήσεσθαι.

(b) Μὴ οὖν ὅτι.

(c) ἀναμνησθέντες.

(d) ὅτ' οὐδὲν.

(e) πάντον (sic).

(f) Deest ὄντων — Sic etiam in edit. Basil. et in pluribus aliis Mss.

(g) Deest δόξητε.

(h) σμικρά.

noso, ma non iscoraggiamoci per questo: memori di chi disse doversi da ciascuno di noi abbracciare il genere di vita che è migliore, ed aspettare che l'abitudine ce lo faccia diventar gradevole, appigliamoci ad esso. Perocchè sarebbe cosa vergognosa il far getto del tempo presente e l'invocarlo dopochè sia passato, quando con nostro dolore nol potremo riavere.

Vi ho sinquì dato que' consigli che reputo i migliori, e non mancherò di suggerirvene altri in tutto il corso della vita. Voi poi, avvegnachè tre siano i generi d'infermi, guardatevi dal rassomigliare a quelli che sono incurabili, e dal dimostrare di aver nella mente la stessa malattia che hanno coloro che sono infermi di corpo. — Quelli che sentono un male leggiero vanno eglino stessi a trovar i medici; quei che

νοντες, αὐτοὶ παρὰ τοὺς ἰατροὺς ἔρχονται· οἱ δὲ ὑπὸ μειζόνων καταληφθέντες ἀῤῥωστημάτων, ἐφ' ἑαυτοὺς καλοῦσι τοὺς θεραπεύσοντας· οἱ δ' εἰς ἀνήκεστον παντελῶς μελαγχολίας παρενεχθέντες, οὐδὲ προσιόντας προσίενται· ὃ μὴ πάθητε (α) νῦν ὑμεῖς, τοὺς ὀρθῶς ἔχοντας τῶν λογισμῶν ἀποφεύγοντες.

(α) πάθειτε.

son colti da malattia più grave fanno venire i medici a casa loro; ma quelli che sono presi da una malinconia del tutto insanabile non vogliono neppur ricevere i medici quando vengono a visitarli. Deh! fate che questo non avvenga a voi, chiudendo l'orecchio a chi vi dà de' savii avvertimenti.

ADNOTATIONES

(1) Orationes Ss. Ecclesiae Patrum ὁμιλίαι a Graecis, *sermones* a Latinis appellari solent; et hoc nomine gaudent quia, nulla arte conscriptae, simplicitate maxima et brevitate laudantur. Licet porro oratio haec ὁμιλίας quoque nomine donetur, proprie tamen opella vel tractatus est dicenda: huius enim naturam et proprietates habet.

(2) Nomine ἑλληνικῶν λόγων non solum intelligenda sunt scripta auctorum Graecorum, verum etiam omnium scriptorum gentilium, quos hodie profanos dicimus: praecepta enim quae in hac oratione Basi-

lius tradit ad hos omnes referuntur. Quod si de scriptoribus Graecis tantummodo sermonem ipse instituit, ideo est quia suis temporibus nulli alii profani scriptores noti erant in Oriente, praeter Graecos. Unus imperator Julianus, apostata dictus, quamdam notitiam habebat litterarum latinarum. Caeterum *μαθήματα τὰ ἔξωθεν, ἡ θύραθεν σοφία* quae in hac ipsa oratione Noster usurpat eodem sensu ac *ἑλληνικοί λόγοι* indicant aperte scientiam profanam.

(3) Haec phrasis litteraliter accepta demonstrat Basilium hac in oratione alloqui suos tantum fratrum vel sororum filios; nonnulli tamen, metaphorice eam intelligentes, universae iuventuti eum verba habuisse affirmant. — Illud certum est consilia quae praebet omnibus adolescentibus aeque convenire, et maximae frugis quibuscumque esse posse.

(4) En Hesiodi verba:

« *Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ,*
Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω·
'Εσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται·
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
'Εν θυμῷ βάλληται, ὃδ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ. »

Opera et dies vers. 291 et seq.

Quae his reddidit italicis carminibus Dominicus Capellina:

« Ottimo è l'uom che in ogni cosa ha senno
Per se medesmo, e all'avvenir provvede
Pel suo miglior: saggio è l'uom pur anco
Che non ricusa il buon consiglio altrui:
Chi per se stesso non ha senno, e nega
Seguir l'altrui consiglio è inutil uomo. »

(5) Χειρονομίαν ab ὀρχήσει distinguit Basilius, quemadmodum etiam Xenophon in Convivio, ubi ait: « Non saltabam equidem, quando id nunquam didici: sed manibus gesticulabar, quod facere noram. » Quamvis enim χειρονομία et ὄρχησις apud antiquos utplurimum coniungerentur, revera tamen inter se differebant. Est enim χειρονομία *manus certa lege et concinne movere*, ut exponit Pollux in *Vocabulario:* « eaque, teste Quintiliano *Instit.* lib. 1, cap. 12, a temporibus heroicis orta, a summis Graeciae viris et ab ipso etiam Socrate probata, a Platone in parte civilium posita virtutum, et a Chrysippo in praeceptis de liberorum institutione compositis omissa non fuit. » Ὄρχησις vero nihil aliud significat quam saltationem, quae ab antiquis inter puerorum gymnasticas exercitationes quoque habebatur. Saepe hae saltationes agebantur ab

his etiam cum armis ut belli imago repraesentaretur, quasi ars ludicra militaris, ut hic innuit Basilius; et harum variae species recensentur ab Athenaeo lib. XXIV, cap. 26 et 27, nonnullae vero describuntur perbelle a Xenophonte *Anabasis* lib. VI, cap. 1: Praecipua dicebatur *Pirriche*, nomine sumpto a quodam Pyrrhico Lacedaemonio eius inventore, quae a Platone lib. VII *de legibus* describitur his verbis: « Pyrrhichen recte appellaveris quae vitationes omnium plagarum et iaculorum deflexione corporum, omnique cedendi ratione, submissione, ac subsultibus in altum imitatur. Rursum his contrarios gestus qui conducunt ad corporis motus agilitati parandae idoneos qui tum in arcuum iaculationibus, tum in hastilium missionibus, denique in omnium plagarum impetitionibus simulacra pugnae student imitari. » —Hinc intelligitur cur Homerus, virum in belli muniis agilem intelligi volens, *saltatorem* appellat.

(6) Intellige *παιδεύμασι*. Ecclesiae namque Patres scientiam profanam *externam*, et scriptores profanos externos solebant appellare. Sic S. Johannes Chrysostomus *homil.* I *ad Antiochenos:* « Externa vero doctrina, ait, multas iactans nugas. » Idem in *libro de sacerdotio:* « Qui eloquentiae studium excolunt, *inquit,* in praelio habentur, non apud externos tantum, sed

etiam apud Christianae fidei domesticos. » Eamdem sìgnificationem habent locutiones ἡ θύραθεν σοφία et μαθήματα τὰ ἔξωθεν quae in hac oratione Noster usurpat. Sed videndus de hoc argumento S. Augustinus *de doctrina christiana* lib. x.

(7) Plutarchus, in eodem argumento iam versatus, in tractatu scilicet quem inscripsit *de audiendis poetis* hanc comparationem cum pluribus aliis argumentis Basilium docuit. — Ad rem vide cap. x.

(8) Legitur revera *Act. Apost.*, cap. vii, vers. 22: « Eruditus est Moyses omni sapientia Aegyptiorum, et erat potens in verbis et in operibus suis. » — De Moysis scientia profana magna praedicantur etiam a S. Justino (*cohortatio ad gentes*), a Clemente Alexandrino (*Stromat.* I) praecipue vero a Philone qui in libro *de vita Moysis* affirmat filiam Pharaonis accivisse in Aegyptum Graecos magistros qui eum erudirent: quae tamen non cohaerent cum historia litteraria huius populi.

(9) Sic *Danielis* cap. 1, vers. 3° et 4° legitur: « Et ait rex Asphenez praeposito eunuchorum ut introduceret de filiis Israel et de semine regio et tyranno-

rum pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, et cruditos omni sapientia, cautos scientia et doctos disciplina et qui possent stare in palatio regis ut doceret eos litteras et linguam Chaldaeorum. Fuerunt ergo inter eos de filiis Juda, Daniel..... » etc. — Praecipua autem Chaldaeorum scientia erat astronomia.

(10) *Odysseae* lib. xii refert Homerus Ulyssem navigantem ad scopulos ubi erant Sirenes cera obturasse aures suorum sociorum, seque arctissimis vinculis malo alligari iussisse ne earum illecebris irretirentur. Uti enim canit Ovidius libro 3° *de arte amandi:*

« Monstra maris Sirenes erant quae voce canora
Quaslibet admissas detinuere rates. »

(11) Huc pertinet sententia S. Pauli, *epist.* 1 *ad Corint.*, cap. xv, v. 33 : « Corrumpunt bonos mores colloquia prava. »

(12) His verbis Basilius respexit procul dubio ad Hesiodi *Theogoniam* et ad Homeri *Iliadem* in quibus perpetua legitur narratio discordiarum inter Deos.

(13) *πόλεμος ἀκήρυκτος* proprie est bellum non indictum; sed usitata locutio est ad significandum etiam bellum vehemens, atrox, saevum, ut apud Demosthenem *de corona*, cap. 79. Huius vero sensus cum priori nexus consistit in eo quod qui indicit bellum ipsa mora fit lenior: qui e contrario non indicit nullamque moram interponit agit impetu et violenter. Ita rem explicat Erasmus, *Adagiorum* 3, 3, 84.

(14) Eadem ferme scribebat Plutarchus in memorato tractatu *de audiendis poetis*, cap. 3: « In his (turpibus actionibus) adolescens maxime assuefaciendus est ut discat non rem quae imitatione expressa est laudare, sed artem quae id quod propositum erat repraesentavit. Quando igitur poetica ars saepenumero turpes actiones et pravas affectiones moresque imitando exponit, adolescentis est id quod in his, utpote praeclare elaboratum, admirationem meretur neque probare ut verum, neque amplecti ut pulchrum, sed eatenus laudare, quatenus argumento et personae congruit ». Scilicet, etsi multa et dicta et facta in poetarum carminibus detestanda reperiantur, ea tamen non ipsi poetae, sed illi homini sunt imputanda cuius mores et ingenium poeta exprimere debet. Nam, cum poesis nihil aliud sit quam *μίμησις τῶν ἠθῶν καὶ βίων* (imitazione dei

costumi e della vita) poetae est describere homines non quales essse debeant, sed quales esse cognoverit. Imitantem nempe decet impiis hominibus dicta et facta impia tribuere; morum autem honestati poetae ipsi saepissime consulunt cum mox doceant quem exitum homo impius habuerit. Sic, ut exemplo utar, Euripides in fragmentis fabularum deperditarum, cum Bellerophontem in theatro de divitiis tam magnifice sentientem induxisset ut non dubitaret stulte effutire: ὦ χρυσέ, δεξίωμα κάλλιστον (o ricchezze, sommo bene degli uomini), et Athenienses huius dicti impietate gravissime indignati fuissent, Euripides in medium ipse prosiliit petens ut expectarent, viderentque quem auri admirator exitum haberet. Dabat enim in illa fabula Bellerophontes poenas quas in sua quisque dat. — Nulla enim avaritia sine poena est, quamvis satis sit ipsa poenarum, ut inquit Seneca, *epist.* 115.

(15) Hic apertissime indicantur scriptores fabularum Milesiarum, quae vulgo appellantur: *Romanzi.*

(16) Eadem doctrina, cadem comparatione suffulta legitur metro exarata apud Gregorium Nazianzenum:

« Historica scripta perlegens, vincta et metris,
Colensque studia sedulo eloquentiae
Et tradiderunt quae Sophi subtiliter,

At ista, quaeso, cuncta fac cautus legas,
Prudenter ex his colligens quod utile,
Fugiensque quidquid noxium est et pestilens.
Apis aemulari cura sit sapientiam,
Quae flore in omni sessitans ex singulis
Idonee carpit esse quod videt usui
Natura quamvis doceat hanc tantnmmodo.
Ratione sed tu praeditus, carpe affatim
Utilia quae sint; si quid est damnum ferens
Statim atque vitium noveris celer avola. »

Carmine ad Seleucum, vers. 55 et seq.

(17) Doricum esse hoc proverbium novimus ex Basilio et ex Gregorio Nazianzeno qui *epist.* 159 Dorica dialecto rectius illud effert: λίθον ποτὶ τὰν σπάρταν ἄγειν, quod Erasmus interpretatus fortasse dormitans reddidit: « Amussim admovere ad lapidem. »

Ii vero dicuntur admovere lapidem ad amussim qui curam omnem adhibent ne quid geratur secus quam oportet.

(18) Hi versus sunt vere famosi: ii relati sunt a Platone *de republica* lib. 2, a Plutarcho in tractatu

de audiendis poetis, cap. VI, et fere ab omnibus ethices scriptoribus.

En Hesiodi verba :

« Τὴν μέν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως· λείη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει·
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτὴν
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
Ῥηϊδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα. »

Opera et dies, vers. 287.

Quae his reddidit italicis carminibus laudatus Dominicus Capellina :

« . . . . Chi vuol tristizia e in copia
Averla può : breve è la strada, ed ella
Vicino alberga. Ma il sudor locaro
Innanzi alla virtù gli Dei celesti.
È ripido il cammin che a lei conduce,
È lungo, aspro da pria, ma allor che tocca
N'avrai la cima ti parrà soave. »

Quoniam vero nomen redit huius clarissimi Viri e natali meo solo oriundi, heu! nimis cito patrio decori ab inexorabili Parca erepti, libet titulum honorarium referre quem Vir sapientissimus, Capellinae collega et amicus, scripsit sub marmorea protome qua

eius effigies conspicitur inter imagines illustrium doctorum Athenaei Taurinensis:

« DOMENICO CAPELLINA
NATO NEL 1819 IN VERCELLI MORTO NEL 1860 IN TORINO
PROF. DI LETTERE ITALIANE DOTTO DI GRECHE
CONCILIO' L'ERUDIZIONE E IL SENSO DEL BELLO
IL CULTO DELL'ANTICO E DEL NUOVO
L'AMOR PATRIO E LA RELIGIONE
ESEMPLARMENTE LABORIOSO E MODESTO. »

(19) Fortasse hic fuit Libanius quem Basilius audivit Constantinopoli, vel, ut alii dicunt, Athenis, et cum quo arctissimam iunxit amicitiam quae dum vixerunt perduravit.

(20) Hic fuit Ulysses quem habitatores Cephaleniae, insulae maris Jonii, secuti fuerant in Troiae expeditione.

(21) Haec erat Nausicaa filia Alcinoi regis Phaeacum seu Corcyrensium qui Ulyssem naufragum be-

nigne excepit, Nausicaamque illi in matrimonium obtulit, ac deinde remisit in patriam. — Celebres illi eran horti per totum annum abundantes omnis generis fructibus, quorum descriptionem vide apud Homerum, *Odyss.* lib. VII.

(22) Phaeaces appellabantur habitatores insulae Phaeaciae, postmodum Corcyrae dictae (hodie Corfù) voluptatibus admodum dediti.

(23) Solon, Execestidae filius, Atheniensis, vel, ut alii scribunt, Salaminius, fuit poeta elegantissimus et philosophus adeo excellens un inter septem Graeciae sapientes fuerit annumeratus. Maiorem tamen sibi gloriam peperit legibus quibus Atheniensium rempublicam constituit. His latis, cum cives iureiurando interposito, promisissent fore ut in decem annos illas ratas haberent ipse ne ullam abrogare cogeretur in Lydiam et in Aegyptum profectus est. Athenas redux cum offendisset rempublicam factionibus turbatam, et nihil amplius vel consiliis vel auctoritate valeret, in exilium abiit, et in insula Cypro, ut videtur, mortuus est.

Hi versus quos Basilius, secutus Plutarchum in tractatu : *Quomodo quis suos in virtute sentiat profe*

ctus, ei tribuit, leguntur quoque in Theognidis elegiis, vers. 316 et seq.

Audi eorum versionem italicam metrice:

« Coll'oro non fia mai che per ventura
Noi cangiam la virtù : quel d'uno in altro
Possessore va ognor, questa ognor dura. »

(24) Haec Theognidis sententia legitur sic expressa inter eius elegias, vers. 159 et seq.

« Inclinat libram modo huc, modo Jupiter illuc,
Pauper erit subito qui modo dives erat. »

(25) Prodicus, natus in insula Ceo circa Olympiadem 86^m, gloria ac discipulorum nobilitate quammaxime floruit: fuit enim aemulus Gorgiae et Euripidis, Socratis vero, Theramenis, Isocratis et Xenophontis praeceptor. Omnes, aut plerosque eius libros philosophicos fuisse e veterum testimoniis colligitur. Nullus autem horum celebrior est libro *Horarum* nomine inscripto, in quo fabulam Herculis prope bivium sedentis cum Virtute et Voluptate congressum elegantissime finxit quam ipse recitare solebat in Greciae urbibus quas peragrabat more sophistarum illius aetatis.

(26) Haec fabula de Hercule ambiguo inter Virtutem et Voluptatem ita placuit antiquis scriptoribus ut plures alii eam vel commemorarint vel sint imitati. Tales sunt Cebes in *Tabula* et Maximus Tyrius *Dissert.* 20: Aristophanes qui in *Pluto* Deum divitiarum praesidem, Paupertatemque altercantes inducit: Lucianus, qui *in Somnio* loquentes inducit Artem statuariam et Eruditionem; Gregorius Nazianzenus qui carmine *de somniis suis* inducit certantes inter se Sanctimoniam et Temperantiam; Clemens Alexandrinus qui *Stromatum* 5 hanc fabulam ad duplicem illam quae a poetis celebratur somni portam accomodat, etc. Nullus vero aptius eam descripsit, sicut Prodicus eam enarrabat, quam Xenophon in lib. 2° *Memorabilium Socratis*, quam videsis in elegantissimum italicum sermonem redditam a Jacobo Leopardio.

(27) Hunc versum mutuatus est Basilius ab Homero qui de vate Tiresia *Odysseae* lib. x, vers. 494 inquit:

« *Τῷ καὶ τεθνηῶτι νόον πορε Περσεφόνεια*
Οἴῳ πεπνύσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν.

. . . . . Cui sol diè Proserpina
Tutto portar fra i morti il senno antico:
Gli altri non son che vani spettri od ombre. »

Eumdem versum usurparunt Plato et alii, proverbii loco, de iis qui tanto intervallo reliquos omnes post se relinquunt, ut illi nihil nisi umbrae prae his esse videantur: tum etiam de iis qui quam maxime sibi placent, caeteris omnibus spretis, quemadmodum Diogenes Laertius fuisse scribit Chrysippum philosophum qui consultus a quodam cui potissimum filium instituendum tradere deberet, sibi committendum respondit: » Nam si quem alium, inquit, me praestantiorem arbitrarer, ipse apud hunc philosophiae darem operam. »

(28) In tragoedia quae inscribitur *Hippolytus*, vers. 612, sic Euripides ipsum Hippolytum loquentem inducit:

« Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Colla lingua giurai, non già col core. »

(29) Hanc Platonis sententiam Basilius excerpsit e Plutarchi tractatu inscripto: *De discernendo adulatore ab amico* cap. 4°, ubi legitur: ὡς γὰρ ὁ Πλάτων φησίν, ἐσχάτης ἀδικίας εἶναι δοκεῖν δίκαιον, μὴ ὄντα (poichè, per sentenza di Platone, il sembrar giusto senza esserlo, è l'ultimo grado dell'iniquità). Eodem sensu

Cicero *de officiis* lib. 1, cap. XIII scribit: « Totius iniustitiae nulla capitalior est quam eorum, qui, cum maxime fallunt, id agunt ut viri boni esse videantur. » Quare, in oratione funebri Auctoris Nostri, Gregorius Nazianzenus, ei laudi tribuit quod: « εἶναι, οὐ δοκεῖν ἐσπούδαζεν ἄριστος » (curavasi non di parere, ma di essere onesto).

(30) V. Plutarchum in *vita Periclis*, cap. V. Sic pariter S. Johannes Chrysostomus scribit Socratem solitum fuisse dicere uxorem Xanthippem sibi esse « γυμνάσιον καὶ παλαίστραν φιλοσοφίας » (esercizio e scuola di pazienza).

(31) Factum hoc desumpsit Basilius e Plutarchi tractatu *de cohibenda ira*, cap. XIV. Hic Euclides Megarensis, tanto audiendi Socratis desiderio flagrabat, ut cum Athenienses decreto cavissent ne quis civis Megarensis sub poena capitis Athenas intraret, quotidie, dum advesperasceret, muliebri veste indutus e Megara Athenas ad Socratem commeabat, ut vel noctis aliquo tempore sermonum eius particeps fieret, iterumque summo mane Megaram redibat. Ita Aulus Gellius *Noct. Atticar.* lib. VI cap. 10, ubi narrat quoque philosophum Taurum hoc exemplo adolescen-

tum animos ad philosophiam capessendam solitum fuisse adhortari. Huic similem historiam narrat Plutarchus in tractatu *de amore fraterno*.

(32) Hic Basilius videtur non bene meminisse versus Euripidaei, qui est:

« *Ἁπλοῦς ἐπ' ἐχθροῖς μῦθος· ὁπλίζειν χέρα.*

Rhaesus, vers. 84.

. . . . Basta
Cogli inimici una parola: all'armi. »

(33) Etiam hoc factum excerpsit Basilius e Plutarchi tractatu *de cohibenda ira*. — Aliud exemplum referebant veteres philosophi ad indicandum modum vincendi animi et cohibendae irae, quod legitur in *Odyssea*. Cum scilicet Ulysses vehementer animo incitaretur ad ulciscendam iniuriam, narrat Homerus ipsum pectus sibi percussisse, et semet sic allocutum fuisse: *Cohibe te et sustine ista*: atque ita impetum repressisse, quamvis reluctante animo.

(34) « Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, praebe illi et alteram. »

Matth. cap. v, vers. 39.

(35) « Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos et orate pro persequentibus et calumniantibus vos. »

Matth. cap. v, vers. 44.

Item: « Benedicite persequentibus vos: benedicite et nolite maledicere. »

S. Paulus *ep. ad Rom.*, cap. xii, vers. 14.

(36) Hanc Alexandri Magni actionem narrant Athenaeus, lib. xiii, cap. 80, Plutarchus in tractatu *de curiositate*, cap. xiii aliique.

(37) « Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam moechatus est eam in corde suo. »

Matth. cap. v, vers. 28.

(38) « Audistis quia dictum est antiquis: Non peierabis, reddes autem Domino iuramenta tua: ego autem dico vobis non iurare omnino. »

Matth. cap. v, vers. 33, 34.

(39) Erat πάλη (lucta) alter e ludis palaestrae Graecae quo duo adversarii se ad terram posternere

studebant omnibus modis, praeterquam pugnis. — Pancratium vero coniungebat luctam cum pugilatu: sed tamen absque caestu.

(40) Polydamas, ortus Scotussae in Thessalia, vivebat temporibus Darii Nothi. — Obiit obrutus ingenti saxo quod extollere volebat. V. Pausaniae *Eliacorum posteriorum* lib. VI, cap. V.

(41) Milonis Crotoniatis factum narratur a Pausania in *Eliacis posterioribus* lib. VI, cap. XIV: « Perruncto disco cum institisset, *sunt eius verba*, omnes ludibrio habebat qui se detrudere quantovis impetu facto conarentur ». Philostratus vero, in *vita Apollonii*, scribit non scuto vel disco uncto, sed cuivis loco (ipsum) insistentem non potuisse depelli. « Aiunt hunc athletam, *ita Philostratus*, e loco ubi semel constitisset nulla potuisse vi dimoveri, sed immobilem permansisse ». Post multa alia eiusdem generis facinora, tandem in quercu, quam manu scindere volebat, infixus, devoratus fuit a lupis.

(42) Marsyas Phrygius in tibiae sono ita excelluit ut Apollinem ipsum ad certamen provocaverit. Sed cum victus fuisset dicitur Apollo pellem ei detraxisse,

eamque suspendisse in antro ubi erat scaturigo fluminis cuiusdam, qui ex eo die Marsyas fuit appellatus. V. Xenophontis *Anabas.* lib. 1, cap. 2, Herodot. lib. VII, cap. 26.

Olympum, alium celebrem musicum, Marsyae discipulum lugubres modos primum composuisse ferunt.

(43) Timotheus Milesius hic est qui in pulsatione citharae omnium suorum coaevorum fuit peritissimus. —Non Phrygio sed Dorico modo ipsum incitare solitum fuisse Alexandrum Magnum ad bellum scribunt Dio et Pausanias. Verum immerito. Quamvis enim diversae sint in ipsis veterum scriptis de musicis Graecorum modis sententiae, communis tamen opinio est modum Phrygium fuisse vehementissimum et aptum ad incitandum ad bellum, Doricum habuisse severitatem ac maiestatem quae convenit religiosis conventibus, cum Lydio consociari Bacchanalem licentiam, cum Jonico honestam iucunditatem. Consule Aristotel. *Politic.* VII, 5 et 7: Athenaeum lib. XIV; Lucianum in *Harmonide* etc.

(44) Oleaster et apium erant cum malis et pinu praemia victoribus in publicis ludis delata.

(45) Sardanapalus fuit rex Assyriae magnis libidinibus famosus. Ea de re populus, Arbace duce electo, bellum ei indixit. Sardanapalus victus maluit se et regiam incendere quam in hostium manus se tradere.

(46) Margites erat homo stolidus a quo Homerum sumsisse aiunt materiam condendi carminis eiusdem nominis. Hoc tamen intercidit, et non solum Basilius, sed plures etiam alii ex antiquis scriptoribus pro suppositio illud habebant.

Versus ex eo desumpti ad quos hic respicit Noster sunt sequentes quos servavit Clemens Alexandr. *Stromat.*, lib. I.

« Hunc neque fossorem voluerunt numina Divum
Esse nec agricolam, nec in ulla praeterea re
Scitum aut egregium. »

(47) Pittacus, unus e Graeciae sapientibus, floruit circa Olympiadem 42^{m}. Cum Mitylenaei sui cives in summo honore eum haberent, principatum ei tradiderunt; quem ille, postquam decem annos tenuisset ac rempublicam praeclare administrasset, sponte abdicavit. Publicis negotiis absolutus decem annos adhuc vixit quos in litterarum studio videtur contrivisse. — Plato in dialogo quem inscripsit *Protagoras* discutit

sententiam quam hic refert S. Basilius. Eamdem cum aliis praeclaris eius dictis refert Diogenes Laertius, lib. 1, cap. 4.

(48) V. cap. 2.

(49) Hanc ideam eruit Basilius e libris philosophorum Socraticorum a quibus corpus dicitur carcer in quo inclusus est animus, qui nonnisi per philosophiam qua quis illius motibus imperare discat potest liberari.

(50) εἰς πῦρ ξαίνειν (ignem verberare) κοσκίνῳ ὕδωρ φέρειν (cribro aquam ferre) et εἰς τετρημένον ἀντλεῖν πίθον (in dolium pertusum aquam haurire) per proverbium dicuntur ii qui frustra aliquid moliuntur. Notum autem est haec duo postrema sumpta esse a fabula Danaidum puellarum, quae apud inferos hoc poenae genus pendunt ut perpetuo aquam in dolium pertusum vasis item pertusis afferant. Eumdem sensum habent vulgata adagia: *lapidem elixare; in saxis sementem iacere; in arena exaedificare* et alia huiusmodi.

(51) Diogenes Cynicus hic est, natus Sinope Olympiade 91ª, qui, cum adulterinam monetam in patria exercuisset, Athenas exulatum abiit. Ibi multos annos audivit Antisthenem qui eum mirifice dilexit, et in familiaritatem recepit. Saepe deinde peregrinatus est, ita ut nunc Corinthi, nunc Athenis, nunc alibi viveret. Cum aliquando in Aeginam insulam navigasset atque a piratis captus esset in Cretam abductus est et venditus Xeniadi Corinthio qui filios erudiendos, totamque domum regendam ei commisit. Ibi omnem vitam exegit, et fato perfunctus a Xeniadis filiis honorifice sepultus est. — Quam singularem philosophiam profiteretur nomen *canis* quod sumserat, et quo appellari libenter patiebatur abunde demonstrat. Eius apophtegma hic relatum legitur inter plura alia quae ei tribuuntur a Diogene Laertio lib. 2. — Celebre imprimis illud est quo, Alexandro Magno roganti ut diceret quid ei opus esset: *Nunc quidem paullulum*, respondit, *a sole:* Alexander enim ei offecerat apricanti.

(52) Hanc theoriam *hominis veri et hominis invisibilis* desumptam ex *Phaedone* et ex *Alcibiade* Platonis explicat Noster initio cap. 3 homiliae in illud: *Attende tibi ipsi*, dicens: « Aliud enim sumus nos ipsi, aliud nostra, aliud quae circum nos sunt. Nos qui-

dem anima sumus et mens, quatenus ad imaginem Conditoris sumus facti; nostrum vero corpus, et qui per ipsum sunt sensus; circum nos autem pecunia, artes et reliqua vitae supellex ». Universa autem haec homilia nihil aliud est quam explicatio celebris effati Graecorum philosophorum γνῶθι σεαυτόν, et, exceptis Biblicis testimoniis, excerpta est ex *Phaedone* et ex *Philebo* Platonis, et ex Porphyrii tractatu de hoc ipso praecepto.

(53) Sic revera legitur lib. I *Regum*, cap. XV, « Quandocumque spiritus Domini malus arripiebat Saul tollebat citharam et percutiebat manu sua, e refocillabatur Saul et levius habebat: recedebat enim ab eo spiritus malus ».

(54) κωμασταί (comessatores) sicut κῶμος (comessatio) derivant a vocabulo κώμη (pagus, vicus). Huius autem singularis derivationis significatio petenda est ex usu veterum in uno pago cohabitantium se invicem ad convivia invitandi. Primis temporibus res bene se habebant. Sed successu temporis ex crebris conviviis nimia familiaritas orta est, et ex nimia familiaritate lasciviae. Nec domi tantum hi convivae petulanter se gerebant, sed etiam per vias vagabantur; et noctu,

coronis praecincti (unde Basilius hic loci τοὺς στεφάνους commemorat) cum facibus, armis et instrumentis musicis conveniebant ad fores amicarum cantantes et sonantes, et interdum etiam eas effringentes. Imprimis autem utebantur vino plane immodice; et haec causa est cur Suidas in lexico vocabulum κῶμος explicet etiam nomine μέθη, et ab Aristophane (*Nubes* vers. 606) Bacchus vocetur κωμαστής.

(55) Hoc factum narratur quoque a Boëthio in tractatu *de musica*, lib. 1, cap. 1, his verbis:

« Pythagoras ebrium adolescentem Taurominitanum qui rivalis sui domum vellet amburere, cum intellexisset sono Phrygii modi incitatum esse, mutari modum praecepit, atque ita furentis animum adolescentis ad statum mentis pacatissimae temperavit. Quod scilicet M. Tullius commemorat in libro quem de consiliis suis composuit: cum vinolenti adolescentes tibiarum cantu instincti mulieris pudicae fores frangerent, admonuisse tibicinem ut spondaeum caneret Pythagoras dicitur; quod cum ille fecisset, tarditate modorum et gravitate canentis illorum furentem petulantiam consedasse ».

(56) κορυβαντιᾶν pro insanire dixit etiam Aristophanes in *Vespis*, Lucianus in *Timone* et alibi. Sumpta

autem significatio est a Corybantibus Cybelis sacerdotibus, qui, ut sacro numine afflati viderentur cymbala pulsabant, capita iactantes et alias huiusmodi insanias agentes. — Eadem ferme est significatio verbi ἐκβακχεύειν: oritur enim a Bacchi sacerdotissis, quae noctu hac illac currebant crinibus sparsis, manu accensas taedas ferentes et magnos clamores edentes.

(57) « Carnis curam ne feceritis in desideriis. »
S. Paulus *ad Rom.*, cap. XIII, vers. 14.

(58) Historiam de Platone hic narratam tradit Aelianus *Variae Historiae* lib. IX, cap. 10. — Erat autem Academia locus extra Athenas positus ubi Plato habitabat atque docebat, nomenque habuisse ferunt ab Academo eius hero.

(59) Auctor huius sententiae est Hippocrates cuius haec sunt verba: « Habitus exercitatorum qui ad summum bonitatis attingunt periculosi ».
Aphorismo 3°.

(60) Nomine draconum thesauris sepultis invigilantium intelliguntur gryphes qui e iugis montium

avertebant habitatores conterminarum regionum ab extrahendo auro in terrae visceribus delitescente. Gryphes porro erant animalia alas et rostrum ut aquilae, reliquum corpus ut leones habentia. Montes in quorum cacuminibus insidebant ii sunt qui Siberiam a Tartaria magna seiungunt, et Altai nunc appellantur: habitatores vero circumstantium regionum Arimaspes, uno tantum oculo instructi, de quibus Herodotus lib. 3, cap. 116. —Notio huius animalis-avis fuit nullo non tempore communis apud Persas qui sibi placebant in eius figura pingenda in atriis aedium tamquam harum custode, uti videre adhuc est in monumentis Persepolitanis. A Persis translata est ad Graecos. Tota tamen haec narratio omnino est fabulosa; eaque nihil aliud significatur quam summa difficultas auri extrahendi ex illorum montium fodinis. Eam tamen uti veram referunt praeter Herodotum loc. cit et lib. IV cap. 13, 27; Ctesias *de rebus Indicis*, § 2°; Aelianus *de natura animalium*, lib. IV, cap. 27 aliique.

(61) Λύδιον ψῆγμα erat arena aurea qua Pactolus, Lydiae fluvius, abundabat.

(62) μύρμηκες χρυσόφοραι sunt formicae quae in India aurum eruere dicuntur, quas Herodotus (lib. 3,

cap. 102) scribit esse magnitudine non quidem tanta quanta canum, sed tamen maiores vulpibus, earumque nonnullas a venatoribus captas altas fuisse dicit apud regem Persarum. Harum formicarum pelles non paucas visas fuisse a Nearcho in Alexandri Magni castra allatas scribit Arrianus (*Hist. Indicae*, cap. xv); et si fides adhibenda est Lassen (*Indische Alterthumskunde*, tom. 1, pag. 40 in not.) *formicarum auri* ab Indis septentrionalibus in meridionales regiones devecti fit quoque mentio in antiquissimo Indorum carmine cui *Mahábhárata* est nomen. Congruunt cum his quae narrant Aelianus *de natura animalium* lib. III, cap. 4; Plinius *Histor. Natur.* lib. XI, cap. 31, Pomponius Mela lib. III, cap. 7, aliique veteres scriptores.

Fatendum tamen est Indicam formicam recentioribus Geographis ignotam esse, et eius speciem in libris historiae naturalis desiderari. Quapropter vel dicendum est animal a veteribus hoc nomine donatum esse vulpem Sibericam, apud Linnaeum: *Canis Korsack* (uti supponit Comes de Veltheim in commentatione quae inscribitur: « *Von den goldgrabenden Ameisen und Greifen der Alten*) vel forsitan esse hyaenam (ut asserit Wahl: *Erdbeschreibung* pag. 812 et seq., cum quo consentit vir clarissimus Johannes Franciscus Muratorius in notis ad suam interpretationem italicam Pomponii Melae editam cum textu Augustae Taurinorum an. 1855, pag. 168) vel potius

esse quoddam marmotae genus quod in Tibeti campis planis et arenosis invenitur (uti scribit Lassen, op. cit., pag. 848 et seq. cui assentiunt Peschel in *Deutsche Vierteljahrsschrift*, 1854, pag. 265 et seq. et Gumprecht: *Zeitschrift für allgemeine Erdkunde* VI, 6, pag. 592 et seq.) vel demum affirmandum est hanc narrationem non minus fabulosam esse quam narrationem de gryphibus thesauris sepultis invigilantibus, eaque nihil aliud significari quam Indis, aurum ex arena extrahere contendentibus terras inhospitales permeandas, gentesque feras debellandas fuisse.

(63) Intes Solonis versus hic est LXXI[us]. — Idem, aliquantulum immutatus, usurpatur a Theognide versu CCXXVII°:

« *Πλούτου δ' οὐδὲν πεφασμένον ἀνθρώποισιν.* »

Audi eius italicam metricam interpretationem:

« Non ha avarizia in uman cor confine. »

(64) Hi alii Theognidis versus sunt ordine MCLV et MCLVI. En eorum interpretationem italicam metrice:

« Non cerco le ricchezze e non le chiamo:
Purchè viver di poco mi sia dato
Scevro di mali, altro non voglio od amo. »

(65) Ferunt hunc Pythium obtulisse Dario platanum auream, aureamque vitem, et Xersis copias, quae erant septies centena et octoginta octo millia hominum, excepisse epulis ut e quinque liberis unus saltem senectuti suae concederetur (Plinius *Hist, natur.*, lib. XXIII, cap. 10). — Haec tamen hyperbolice ad indicandas huius viri ingentes divitias. De eius patria ac conditione alii alia sentiunt. Nam dum Basilius hic scribit ipsum fuisse Mysum, Herodotus (lib. 7, cap. 27) dicit fuisse Lydum, Plinius vero loco cit. ait fuisse Bithynum. Rursus Plutarchus, in tractatu *de mulierum virtutibus*, cap. XXVII, de eo loquitur tamquam de rege; Plinius e contrario loco cit. regiam tantum fuisse penes ipsum auri copiam affirmat.

Memoratu digna est narratio eius vitae exitus, qualem refert Plutarchus *loco cit.* « Cum scilicet Xerses filium quem pater sibi relinqui rogaverat iugulari iussisset, et reliqui filii in diversis proeliis periissent, expertus est Pythius quod vitiosis solet fatuisque evenire hominibus; nam et mortem timebat, et vitam aegre tolerabat. Quare cum nec vivere, nec vitam proiicere nollet, hoc egit: Agger in urbe erat magnus, perque hanc amnis labebatur, quem Pythopoliten nominabant. Eo in aggere monimentum sibi paravit, fluviique alveum ita avertit, ut, delapsu suo sepulcrum attingeret. Opere perfecto, uxori urbem imperiumque omne commisit, mandato ne ad monimentum

accederet, sed sibi quotidie coenam lintri impositam per amnem demitteret tantisper dum linter cum cibo intacto sepulcrum praeterveheretur: hoc si eveniret, tunc mittendi faceret finem, seque mortuum sciret. — Hoc ille modo vitae reliquum consumsit. »

(66) Socrates, Sophronisci filius, natus est Alopeci, in pago Atheniensi, anno 4° Olympiadis 77^{mae}, archonte Apsephione. — Quam praeclarissimus philosophus fuerit amplissime testatur Pythiae testimonium quae Chaerephonti hoc oraculum edidit: MORTALIUM UNUS SOCRATES VERE SAPIT. Ex quo cum magna in illum invidia conflata fuisset, impietatis et adolescentium corruptionis crimen a quodam Anyto ei fuit obiectus. Quare tumultuario iudicio capitis damnatus est, et coniectus in vincula post paucos dies cicutam bibit. V. Diogenis Laertii lib. 2, cap. 5.)

Sententiam cuius Basilius eum facit auctorem exponit Plato in *Euthydemo* cap. IX his verbis: « Utrum igitur beate, inquam, propter praesentia bona vivimus, si nihil prosunt, an si prosunt? si prosunt, inquit — An vero prosunt quidquam si habemus illa dumtaxat, non autem iis utimur, veluti si epulas multas poculaque habeamus, non vescamur autem neque bibamus, numquid iuvant? Nihil inquit..... Quid vero, si quis divitias et bona quae modo diximus

omnia nactus iis non uteretur, numquid esset, inquam, bonorum horum possessione beatus? Minime, o Socrates, inquit. — Oportet itaque illum qui beatus futurus est, inquam, non solum bona huiusmodi possidere, sed etiam uti: nihil enim possessio iuvat. »

(67) Phidias, Charmidae filius, Atheniensis, pictor et statuarius celeberrimus, florebat circa Olympiadem 88^m^, quinto ante Christum natum seculo. — Opus eius insignius ad quod hic loci alludit S. Basilius, fuit simulacrum Jovis Olympii, ex ebore et auro factum, quod a Jove ipsum comprobatum fuisse narrat Pausanias, lib. v, cap. xi.

Polycletus, gente Sicyonius, fuit et ipse statuarius et architectus nobilissimus. — Signum eximiae magnitudinis Junonis Argivae prope Mycenas ab ipso auro quoque et ebore fabricatum, cuius hic loci meminit Basilius, laudatur a Pausania lib. ii, cap. 27.

(68) Archilochus ex insula Paro, una Cycladum, floruit circa Olympiadem 23^m^. Eum Plato (*de repub.*, lib. 2) sapientissimum vocat: et Longinus (cap. xxxiii, 5) etiam praeter Homerum, Pindarum, Sophoclem, ut summi poetae exemplum eum proponit. Hanc vero laudem ei veteres tribuerunt tum ob ingenii eius prae-

stantiam, tum ob varia metrorum rhythmorumque genera excogitata, e quibus multa adhuc ab eius nomine *Archilochia* vocantur. Verum dum eius ingenium in admiratione est, non dissimulandum tamen in suis carminibus nimium acerbitatis virus esse, et verecundiae leges parum servasse. In maxima enim horum parte quemdam Lycambem eiusque filias ita atrociter insectatus est quod promissam sibi iam matrimonio fidem cum Neobule una ex istis violaverint, ut pater et filiae in desperationem acti vitam suspendio finirent. — Inter carmina quibus Lycambis perfidiam castigavit est fabula de vulpe, ad quam hic alludit S. Basilius.

(69) Αἰγύπτιος σοφιστής fuit Proteus quem Graeci scriptores modo Deum vocant, modo hominem. Si audiamus enim poetas Proteus fuit Deus marinus ortus ex Neptuno et Phoenica nympha, vel, ut alii scribunt, ex Oceano et Tethyde. Thoron eius uxor duos masculos peperit, Tmolum et Telegonium, quorum meminit Euripides in *Hecuba*, vers. 46 et seq; feminas vero complures, inter quas Eidotheam, quae, uti refert Homerus (*Odysseae* vers. 584 et seq.) Menelao e Troiae expeditione in Aegyptum appulso, et de reditu in patriam ambigenti consuluit Proteum patrem dormientem comprehendere, et tamdiu cum

retinere, licet varias formas assumentem, donec pristina assumpta, viam patriae ei ostenderet. Eadem fabula legitur apud Virgilium lib. IV *Georgicon*.

Si vero fabulis missis haec exigere ad historicam veritatem volumus, dicemus hoc *Protei* nomine appellari ab Herodoto (lib. III, cap. 102) regem Aegypti, quem patrio idiomate *Ceten* dici tradit Diodorus (lib. I, cap. 62); Leipsius vero (*Chronologie der Aegyptens*, tom. 1, pag. 295) ait eum ipsum esse quem Manethon *Thuorim* appellat, qui regnum tenuit an. 1284 — 1277 ante Christum natum, fuitque ultimus undevicesimae dynastiae. Cum autem nihil aliud praeter eius nomen tradant historici, coniicere licet eum fuisse virum callidissimum ac mira ingenii varietate praeditum qua mores suos ad omnes rerum eventus fingere, simulque variis uti rationibus in regni administratione nosset: hoc enim significant poetae quum aiunt ipsum fieri modo ignem, modo aquam, modo fructiferam arborem, modo crudelem feram. Appellatur autem σοφιστὴς a Basilio, uti etiam a Platone in *Euthydemo*, quia in Oriente omnes calliditate et versutia praediti, lato sensu, sophistae dicebantur.

(70) Polypodis historia narratur ab Aeliano (*Variae Historiae*, cap. 1) his verbis: « Sub scopulis latitan-

tes sedent, et eorum colorem induunt ita ut idem cum scopulis esse videantur. Quum igitur pisces tamquam ad scopulos ad polypodes adnatant, illi suis retibus, nempe cirrhis, imprudentes implicant ». Eadem comparatione iam usus fuerat Plutarchus in tractatu *de discernendo adulatore ab amico*, cap. VIII, ubi ait: « Adulatoris veluti polypi mutationes facile deprehendet qui se ipsum simulabit varie mutari ». In libro vero *de amicorum multitudine*, cap. IX, hoc profert Theognidis distichon, vers. 215, 216:

« Polypodis mentem versuti sumito: saxum
Cui haesit, simili quippe colore refert. »

Hinc apud Graecos invaluerat adagium: πολύποδος νόον ἴσχε — polypodis mentem sume: quo significabatur alios atque alios mores, alium atque alium vultum pro temporum ratione esse sumendum, ad exemplar Ulyssis qui hac de causa πολύτροπος ab Homero fuit appellatus.

(71) Hic poeta est Hesiodus. Locus autem est in libro inscripto: *Opera et dies*, vers. 361-62, ubi legitur:

« Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο
Καὶ θαμὰ τοῦτ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο. »

Cuius hanc italicam metricam versionem iterum suppeditat Dominicus Capellina:

« Se al poco aggiungi un altro poco e spesso
Fia che molto ben tosto ci pur diventi. »

In huius porro sententiae explicatione cum Basilio consentit Plutarchus in libro: *Quomodo quis suos in virtute sentiat profectus* cap. 30.

(72) Bias, Teutami filius, Prienensis, fuit ille e septem Graeciae sapientibus quem Satyrus reliquis praeferebat. Eloquentiam enim non ad mercenariam operam nec ad quaestum faciendum, sed ad opem hominibus iniuria affectis ferendam adhibuit.

Praeter eius dictum quod hic refert Basilius, celeberrimum illud est cuius memoriam Cicero *Paradoxor.* I, 1, et Valerius Maximus lib. VII, cap. 2, servarunt. Quum scilicet patriam eius Prienen cepissent hostes, caeterique cives ita fugerent ut multa de suis rebus secum asportarent, Bias admonitus a quodam ut idem faceret: *Ego vero*, inquit, *facio: nam omnia mea mecum porto.*

Multis beneficiis quibus rempublicam demeruit honoratus fuit a Prienensibus dum viveret: mortuum vero magnifice sepelierunt, eique sacellum dedicarunt, quod Teutamium fuit dictum.

(73) Est in fabulis Tithonum, Laomedontis filium et Priami fratrem, ab Aurora fuisse adamatum, et eius precibus immortalitate donatum. Verum non fuit ei concessum ne aetate conficeretur: quapropter cum extrema senectus ad quam pervenerat nimis gravis ei fuisset, rogavit ut in cicadam, quae novas semper sumit exuvias, converteretur. Hinc Tithoni senecta venit in proverbium sicut Nestoris senecta.

(74) Ex Herodoti lib. I, cap. 163 liquet Arganthonium octoginta annos Tartessiorum regno praefuisse, vixisse autem in universum annos centum et viginti. Tartessus porro erat urbs Hispaniae Baeticae ad promontorium Calpen extra Herculis columnas a Phoenicibus condita et a Poenis deinde capta, quae temporibus Pomponii Melae nomen acquisiverat Carteiae, nunc vero dicitur: *fortezza di San Rocco*. Aetatem quam Arganthonio eius regi tribuit Herodotus complures ut incredibilem habent. Attamen Cicero (*de senectute*, cap. XIX), eam uti veram existimat, cum ipsa utatur exempli loco ad comprobandam nequidem eam diuturnam vitam dici posse: « Quid est, *sunt eius verba*, in hominis vita diu? Da enim supremum tempus: expectemus Tartessiorum regis aetatem: fuit enim (ut scriptum video) Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, centum et viginti

vixit. Sed mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur in quo est aliquid extremum. Cum enim id advenit tunc illud quod praeteriit effluxit: tantum remanet quod virtute et recte factis consecutus sis. Horae quidem cedunt et dies et menses et anni: nec praeteritum tempus unquam revertitur, nec quid sequatur sciri potest. Quod cuique temporis ad vivendum datur eo debet esse contentus ».

(75) Sic revera legitur Genes., cap. v, vers. 27: « Et facti sunt omnes dies Mathusala nongenti sexaginta novem anni et mortuus est ».

(76) *πάντα λίθον κινεῖν — omnem movere lapidem:* est omnia experiri, nihil intentatum relinquere.—Quod adagium hoc pacto natum plerique ferunt.— Xerses, Graecos bello adortus, cum apud Salaminam fuisset superatus, ipse quidem abiit, verum Mardonium reliquit qui suo nomine bellum prosequeretur. Ast cum hic quoque Plateis parum prospere pugnasset fugatusque fuisset, fama vulgo invaluit Mardonium intra sui tentorii ambitum thesaurum ingentem humi sepultum reliquisse. Huius inveniendi spe pellectus Polycrates thebanus, agrum in quo tentorium fuerat commercatus est. Postquam diu thesaurum quaesiis-

set nec quidquam profecisset, tandem Delphicum oraculum consuluit qua ratione posset illum invenire. Apollo respondit: πάντα λίθον κίνει: idest, *unumquemque move lapidem*. Id simulatque fecit, multam auri vim reperisse ferunt. Ita Erasmus *Adagior*. I, 4, 30.

(77) Moniti huius auctorem prodit Plutarchus in libro *de exilio*, cap. VIII, dicens: « Pulchrum illud Pythagoraeorum praeceptum : Delige vitae rationem optimam, suavem eam consuetudo faciet. » Consentit Cicero *Tuscul. Quaestionum* lib. 2, cap. 16: « Ferre laborem, contemnere vulnus consuetudo docet. » Item, cap. 17 : « Consuetudinis magna vis est. Pernoctant venatores in nive, in montibus uri se patiuntur. Pugiles caestibus contusi ne ingemiscunt quidem. » Sic pariter Sallustius, *de bello Jugurthino*: « Benefacere ex consuetudine in naturam vertitur. »

FINIS.

